

Interp. Bible

Exeg.  
A.  
672



Appos. Bibl. W35. <sup>ε</sup>.

Interpretes.  
A) in Univ. Bibl. 423



THOMÆ TENNISONII  
ARCHIEPISCOPI quondam  
CANTUARIENSIS

COMMENTATIO  
THEOLOGICO-  
HISTORICA

DE  
APPARITIONIBUS DEI  
INV. & N. T. SYMBOLICIS

E LINGUA ANGLICANA  
IN LATINAM



translata  
VARIISQUE OBSERVATIONIBUS  
aucta.

Adjectæ sunt

Stricturæ in Libellum ANONYMI  
DE  
*PRÆEXISTENTIA ANIMÆ  
CHRISTI*

Autore

LAURENTIO HAGEMANNO  
V. D. M. Hanoverano.

---

HANOVERÆ  
Apud JOH. ADOLPH. GERCKEN.

---

1740.

4.



THOMAE TENISONII  
ARCHIEPISCOPI QUONDAM  
CANTUARJENSIS

COMMENTATIO  
THEOLOGICO-  
HISTORICA

DE  
APPARITIONIBUS DEI  
JAN. & N. T. SYMBOLICIS  
E LINGUA ANGLICANA  
IN LATINAM

VARIAE OBSERVATIONIBUS

Adjecta sunt

Strictures in Libellum ANONYMI  
DE  
PRAESENTIA ANIMAE  
CHRISTI

Auctore

LAURENTIO HAGEMANNO  
V. D. M. Hannoverano

---

HANNOVERAE  
Apud JOH. ADOLPH. GERCKEN.

---





**M A G I S T R O**  
**ILLUSTRISS. & EXCELLENTISSIMIS**  
**DOMINO**

**HEINRICO GROTE**

*L. B. in SCHAUEN*

Sacr. Reg. Maj. Magnæ Britanniaë  
& Electori Brunsvico - Lüneburgensi a  
Consiliis Status intimis & Camera Regiæ  
Præfidi, Dynastæ in Jühnde, Wedesbüt-  
tel, Martenbüttel, Bettenfen &c.

**DOMINO**  
**GERLACO ADOLPHO**

**DE MÜNCHHAUSEN**

Regi Magnæ Britanniaë & Electori  
Brunsvico - Lüneb. a Consiliis Status  
intimis, & magno Ducatus Cellensis  
Præfecto, Dynastæ in Strausfurt &c.

**DOMINO**  
**FRIEDER. LUDOVICO**  
**DE HAUS**

Regi Magnæ Britanniaë & Electori  
Brunsv. Lüneb. a Consiliis intimis  
Dynastæ in Eimbeckhausen, Wun-  
storff, Steinlage.



MÆCENATIBUS  
SUMMIS

Cum Votis ardentissimis

Ut

Dum aliorum felicitati tam indefesse prospiciunt  
Deum semper habeant propitium

Fortunam constantem atque viribus vegetis  
Validisque ad feram senectutem  
adsurgant

Eorumque Confilia, quæ in  
*Ecclesiæ*

&

*Patriæ*

Emolumentum tendunt

Prosperos successus consequantur

Hunc qualemcumque libellum  
Salvum esse cupit

TANTORUM NOMINUM

Devotissimus Cultor

*Laurentius Hagemannus*

V. D. M.

Præ-





## PRÆFATIO.



uod summis sæpissime  
Viris contigit, ut ab his  
summis laudibus eve-  
hantur, ab aliis contra  
debitis encomiis priventur; id quo-  
que Mofi, Viro θεοπνευστω & sane inter  
mortales, ob ministerii, qua polluit,  
dignitatem celeberrimo, evenit.  
Quem enim inter eruditos latent  
scommata, quibus famam & fidem  
Viri hujus rodere tentavit CLE-  
RICUS in *judiciis Theologorum quo-  
rundam Batavorum super Historia  
Critica Richardi Simonis*. Nonne  
ægre tulit Vir, alias laudibus suis  
nonprivandus, Mosen consumma-  
tissimi legislatoris nomine decora-  
ri. Nonne debacchatus est in eos,  
qui *Josephum* secuti, sapientiam Mo-



PRÆFATIO.

fis inter Ægyptios olim educati, tam  
 magni faciunt atq; extollunt. Non-  
 ne Mofi notam & maculam ho-  
 minis simplicissimi & in doctrina  
 de Deo ejusque attributis prorsus  
 rudis, inurere allaboravit. Sed di-  
 gna hæc res visa est *WITTSIO*, ut  
 in *miscellaneis sacris Lib. I. Cap. VII.*  
 innocentiam Mosis tueretur, & glo-  
 riam tanti nominis ab ejusmodi  
 criminationibus mascule vindica-  
 ret. Sane plurimi empectæ, qui  
 religionem prorsus nullam profi-  
 tentur, vel saltem eandem susque  
 deque habent, talia adversus Pro-  
 phetarum V. T. maximum effari  
 non fuerunt ausi. *Tolandus* certe,  
 quem tamen Spinozistam, vel fal-  
 tem latitudinarium fuisse, nemo  
 dubitabit, cui scripta ipsius evolve-  
 re datum fuit, talia de Mose non  
 pronunciavit. Constat hoc ex iis,  
 quæ *TOLANDUS* de revelationi-  
 bus divinis, in Sacro Codice me-  
 mora-



PRÆFATIO.

moratis protulit, & quæ in ipsius  
*Originibus Judaicis* leguntur. Affe-  
 rit ibidem homo alias profanus:  
*Omnes revelationes in Sacris Scriptis*  
*fuisse per somnia duntaxat aut ecsta-*  
*ses factas, exceptis iis, quæ soli fie-*  
*bant Mosi & postea per Urim &*  
*Thummim.* Videsne Lector, Mo-  
 sen hic tacite a *Tolando* omnibus  
 aliis, qui prophetarum nomen ge-  
 runt, ratione modi revelationis  
 divinæ antepositum esse. Scio e-  
 quidem: *Tolandum* omnino iis ef-  
 se adnumerandum, qui omnem  
 revelationem divinam, omnemque  
 cultum divinitus revelatum respu-  
 unt, nasoque adunco suspendunt. In-  
 terim tamen vel invitus fateri cogi-  
 tur: Deum arcana sua Mosi excellen-  
 tiori modo, quam ceteris prophetis  
 patefecisse. Sed hisce diutius immo-  
 rari, instituti limites non patiuntur.  
 Tota potius mea tractatio se ad  
*Tolandum* convertit. Lubet nunc  
 ) 4 pla-



PRÆFATIO.

placitum ipsius sub incudem revo-  
care, quando audacter nimis ad-  
firmat: *Omnes revelationes in Sacris*  
*Scriptis fuisse per somnia duntaxat aut*  
*ecstases factas, Mosē solummodo sibi*  
*hic excipias, & quæ per Urim &*  
*Thummim Vatibus obtingebant. Vid.*  
*eiusdem Origines Judaicæ §. 19. p.*  
*168.* Non defuerunt Viri docti,  
qui quid portenti hæc sententia *To-*  
*landi* secum ferat, animadvertere-  
runt. Non quidem omnes istas  
scriptores, qui defensionem Mosi,  
nec non religionis & gentis Judai-  
cæ in se susceperunt, evolvi, in-  
ter quos facile eminent Ven. *Mos-*  
*bemius, Johannes Fayus, Ultrajecti o-*  
*raculorum sacrorum interpres,*  
*Elias Benoist, sacrorum apud Del-*  
*phenses minister, PETERUS DANI-*  
*EL HUETIUS* in peculiari disserta-  
tione, quæ dissertationibus a Tillade-  
tio editis inserta est. Interim ta-  
men non dubito, quin & hocce  
To-



## PRÆFATIO.

*Tolandi* de revelationibus divinis commentum tetigerint, debitaque censura castigaverint. Egit hoc interea breviter quidem, sed solide Ven. *CARPZOVIVS*, Lubecensium Antistes celeberrimus, in *Introductione ad libros Biblicos V. T. P. III.* p. 477. quibus ut hocce meum spicilegium adderem, Lector indigne non feret.

Primo quidem moneo: Non solum esse *Tolandum*, qui tam audaci conatu in sacra Prophetarum involaret, eosque omnes, revelationis divinæ cognitione per visum corporeum concessa privaret, solo Mose excepto. Idem egit *JOHANNES SCHMITH* in dissertatione de *Prophetia & Prophetis*, quæ præfixa est *CLERICI Commentario in Prophetas* Cap. VI. XI. Distinguit ibidem inter revelationes Prophetarum ita, ut Mofi soli patefactionem divinam, quæ vigilantibus datur, concessam



PRÆFATIO.

cessam fuisse doceat. Idem sentit  
*HOBBIUS* in *Leviathane* Cap.  
 XXXVI. Habet itaque suos ante-  
 signanos, habet suos comites in hoc  
 stadio, quod ad omnem revelatio-  
 nem divinam laceffendam & labefa-  
 ctandam decurrit *Tolandus*. Sed  
 audiamus, quid dicat homo in sen-  
 sum reprobum datus. Docet nos  
 primo: Quot modis Prophetæ di-  
 vinam revelationem exceperint;  
 Verum non omnes exhibet, eosque  
 studio omittit, quos tamen præter-  
 mittere nefas erat. Pejorem scilicet  
 se se hic monstrat præceptore suo  
*Spinoza*. Hic enim in *Tractatu Theol.*  
*Polit.* fatetur: Modos revelationis  
 & quidem omnes referri posse vel  
 ad *verba* sive *vocem* & *figuras*, vel se-  
 orsim vel junctim sumtas, utrius-  
 que vero generis, vel imaginatione  
 sensibus internis, vel extra imagina-  
 tionem sensibus externis oblatas;  
 quod calculo suo quidem adprobat

VI-



PRÆFATIO.

*VITRINGA* in *Typo doctrinæ propheticæ* p. 9. sed vereor, ne nimis arctis limitibus hæc res includatur. Melius est, quando dicimus : Deum vel immediate vigilantibus sub hoc vel illo schemate se videndum præbuisse, vocemque suam audientiam, quo & בַּת קוֹל filia vocis pertinet, vel in ecstasi sacros Vates fuisse raptos, vel per somnia Numen cum hominibus habuisse commercium, vel per Angelos voluntatem suam declarasse, aut per sortem eandem manifestasse *Jos. VII, 14. 1. Sam. XIV, 42. Job. I, 7. Act. I, 26.* aut denique per Spiritum Sanctum Prophetis vel dicenda, vel scribenda inspirasse. Quorsum autem revelatio per Urim & Thummim referenda sit, varie disceptant interpretes, siquidem infinitas fere de hoc argumento sententias collegit **GEORGIVS GUILIELMVS DIEDERICVS** in *Comment. peculiari de hoc themate Lips. 1728. edita.* Mani-



## PRÆFATIO.

Manifestum hinc est, nos hac ratione *Tolando* lubenter largiri, per somnia Deum se hominibus quam sæpissime revelasse. Liquet hoc ex promissione divina *Num. XII, 6.* Et sane hocce genus revelationis vetustissimum, omnibusque populis notum & creditum, suntque in Sacris plurima illius exempla, ut Josephi, Pharaonis, Nebucadnezaris. Conf. etiam loca *Job. IV, 12. Genes. XX, 3. XXVIII, 5.* Somnia itaque hæc in Scripturis enarrata, cum divina sint, omnino attentionem nostram merentur, dignaque sunt, ut Scripturæ interpretes in eadem studiose inquirent. Verum dum hæc dico, *Dodwello* non adsentior, qui somnias: Theologiæ Propheticæ studioso maxime necessariam esse artis Oneirocriticæ scientiam, cum Deus eum in finem Israëlitis Prophetas dederit, ut nimirum gentium institutis se hac quoque ratione accommodaret. Vid. eius *second letter of Advice for studies Theological p. 215.* Sed quicquid sit, dedimus hoc *Tolando*: Deum voluntatem suam per somnia hominibus revelasse. Sed nonne dolendum est, Virum hunc talia, quæ de revelationibus per somnium professus est, perfunctorie saltem, atque, ut lectori fucum faciat, dixisse. Vide.



## PRÆFATIO.

Videmus hoc ex §. 18. p. 163. *Origin. Judaic.* ubi varium omnino & ancipitem de somniis divinis sermonem instituit. Plurima quidem somnia, inquit, divinitus immissa, eorumque interpretationes simul additas in Pentateucho legimus; sed si quis scire velit, unde somnia divina & extraordinaria ab ordinariis & naturalibus distingui possint, frustra laborabit. Nulibi prorsus memoriæ traditum, quibus indiciis veteres illi Numen, ipsos in somniis admonens, agnoverint. Incertum, quæ species animo dormientium obversarentur, cum secum loqui Deum intelligerent. Impudenter satis hæc dicta esse nemo diffitebitur. Ignotumne esse poterat *Tolando*, quæ Ecclesiæ Doctores in scriptis suis de distinguendis in somniis divinis a naturalibus vel diabolicis, tradiderunt? e. g. *Witsius*, *Gurtlerus*, *Wandalinus*, magna certe inter eruditos nomina. Equidem nobis, quibus extraordinariarum revelationum copia facta non est, difficillimum omnino est, determinare, unde Prophetæ certiores facti sint, somnia sua supranaturalia atque divina esse. Idem sane de hoc argumento statuendum est, quod alii de inspiratione & agitatione ad vaticinandum, imo



## PRÆFATIO.

imo de visionibus modeste professi sunt, quando cum **AVGVSTINO STEVCHO** apud **HOTTINGERVM** in *Thesauro Philologico lib. II. cap. 3.* exclamarunt: *Quomodo autem fierent Visiones Prophetarum, ipse novit, qui Dominus Prophetarum est.* Verum sit ita: arduum nobis esse demonstrare, qua ratione Viri  $\Theta\epsilon\omicron\pi\tau\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\omicron\iota$  ordinaria ab extraordinariis, naturalia a supernaturalibus, divina a diabolicis circa insomnia sua distinxerint, ex eo tamen nondum sequitur, eos plane id non potuisse. Facile enim secernere potuerunt somnia divina a naturalibus, ope atque auxilio convictionis cuiusdam internæ, quam Deus immediate ipsis largiebatur. Præcipua fulcra, quibus hæc convictio nitebatur, erat e. g. Claritas & ordo revelationis. Libera nimirum hæc somnia erant ab omnibus confusis & inanibus phantasmatibus, lusibusque phantasiæ, dum res revelatæ illis tam clare & distincte repræsentarentur, ut absque mixtura aliarum idearum eas vel videre vel audire possent. Comitabatur hancce obiectorum claritatem & perspicuitatem alta & vivida impressio, ut visa vel audita menti ita inhærerent, ut facilis esset eorundem recordatio. Accedebant nonnulla criteria externa, quæ divinita-

nita-



## PRÆFATIO.

nitatem revelationis quam maxime monstrabant, e. g. quando fufis ad Deum precibus in fomno certiores de arcanis Dei decretis fiebant. Sic de Rebecca dicitur: *Et perrexit ad interrogandum Jehovaham Genes. XXV, 22.* quorum verborum sensum illi optime investigasse mihi videntur, qui arbitrantur: Rebeccam in secretum aliquem locum concessisse, & precibus ardentibus ad Deum fufis responsum accepisse vel in fomno vel in vigilia, five per extraordinariam illustrationem, five per vocem cœlitus emissam, five Angeli alicuius ministerio. Vid. HEIDDEGGERVS in *Historia Patriarcharum Tom. II. Exercit. XI. p. 223.* Ex hac claritate & ordine revelationis, ex hac vivida impressione, ex hisce criteriis oriebatur tanta de divinitate revelationis convictio, ut dubitare de ea non potuerint, imo ut expectandum non haberent, donec fomno responderet eventus, ut demum ex utriusque conflictu, quadam argumentandi serie, divinitatem somnii inferrent, sed mox præsens Numen animo deprehenderent, intelligerentque se a Deo moneri. Exempla, quibus hoc corroboremus, quamplurima nobis scriptura suppeditat. Nonne Jacobus, a fomno suo expergefactus, statim

tim



PRÆFATIO.

tim fuit convictus, Numen sibi præsens fuisse? *Certe Jehova, inquit, est in hoc loco, & tamen ego nesciveram.* Postea reverentia ductus dixit: *Quam reverendus est hic locus nihil est hic locus, nisi domus Dei, & porta cæli hic est. Genes. XXVIII, 6. 7.* Nonne certus Abrahamus fuit de divinitus sibi immisso somnio? Certe ex metu gravissimo, quem Deus Abrahamo dormienti incutiebat, facile poterat concludere, τὸ ὄσιον τὸ somnio suo subfuisse *Genes. XV.* Meminit huius insomnii Abrahamici **TOLANDVS** *l. c. p. 176.* sed perperam agit, quando Abrahamum eam ob rem cum gentilibus comparat, veluti qui Numen consuetum euntes in fanis dormiebant. Ritus enim paganorum circa sacra sua facilius a Patriarchis, quam Patriarcharum res gestæ ex impuris profanarum gentium institutis, deducendæ sunt, quod Viri docti hætenus satis probaverunt. Nonne Eliphas penes Jobum de divinitate insomnii sui & visionis satis securus erat, dum ita loquebatur: *Venit ad me verbum furtive dictum: suscepit auris mea pusillum ex eo, in cogitationibus a visionibus noctis, incidere sopori super Enoschim Cap. IV, 13.* Equidem **BOLDVCCVS** circa huius loci interpretationem sine dubio insanivit, quan-



PRÆFATIO.

quando in *Ecclesia ante legem lib. III, 6. 7.* verba Elipharii, sequentem in modum transtulit: *Suscepit auris mea pusillum ex eo IN RAMVSCVLIS a visionibus noctis.* Unde concludit: decumbentibus super ramusculos arborum eiusmodi revelationes factas esse, & hunc morem Deum consulendi tempore Patriarcharum & Jobi fuisse usitatum. At fallitur omni modo BOLDVCCVS: Quamvis enim כעים alias ramum, alias dentem Petræ notet, tamen hoc loco טעיפיים sunt cogitationes, quæ id sunt cordi, quod ramus arbori Conf. *I Reg. XVIII, 21.* Elipharius itaque hoc loco innuit: inter cogitationes, cum visiones noctis animo versaret, & cum attentione, desiderio intelligendi & precibus ruminaret, pavore se occupatum, revelationemque divinam consecutum fuisse. Nonne vero ex hoc sequitur: Viros hosce divini & extraordinarii aliquid in somniis suis deprehendisse, certosque fuisse, præsens sibi Numen adesse?

Sed in vanum forsitan disputamus adversus hominem, qui omnia prorsus somnia a nobis pro divinis habita, exhibilat. Colligimus hoc ex eo, quod verbis CICERONIS: *Nil a Deo somniis significari fatendum, & somnia divina putanda non esse,* absque mora & cunctatione suffragatur. Quo

) (

pacto



## PRÆFATIO.

pacto sublatis infomniis divinis, ad quæ ta-  
 men & ecstases solummodo, omnem Pro-  
 phetiæ ambitum restrinxerat, omnem si-  
 mul Prophetiam in Scriptura memoratam  
 destruit atque e medio tollit, pluris *Cicero-*  
*nis* alicuius auctoritatem faciens, quam  
 Scripturæ. Sed hoc plerumque homini-  
 bus contigit, qui omnem revelationem ad-  
 spernantur, ut Oracula divina repudian-  
 tes, in scriptis ethnicorum omnem veri-  
 tatem invenisse sibi videantur. Nolo nunc  
 SCHREVELIVM huius furfuris homini-  
 bus adnumerare, quamquam Philosophi-  
 am moralem CICERONIS tanti æstima-  
 verit, ut diceret: *Me legentem sic afficere*  
*solet Tullius, præsertim ubi de bene vivendo*  
*differit, ut dubitare non possim, quin illud*  
*pectus, unde ista prodierunt, alia divinitas*  
*occupavit.* Vid. *Eiusdem præfat. Operibus*  
*Ciceronis præfixa.* Hoc saltem dico: Male  
 Tolandum egisse, dum *Ciceronem* in doctri-  
 na de revelationibus ducem sibi elegit,  
 cum scepticum eum ubique egisse, eru-  
 diti iam dudum animadverterint, qui simul  
 mirantur: *Ciceronem* in libris suis, divi-  
 nationes tot scommatibus persecutum  
 fuisse, cum tamen & ipse auguris officio  
 inter Romanos fuerit functus: Taceo in  
 scriptis *Ciceronis* talia extare, quæ haud  
 obscure Atheismum produnt, quam-  
 vis

vis



PRÆFATIO.

vis ego eundem sicut **AUGVSTINVS** *de Civitate Dei lib. V. c. 9.* fecit, Atheorum Catalogo inferere nollem. Sed audiamus nunc, quid *Tolandus* de Adparitionibus divinis in pentateucho & alibi relatis senserit. Mentem ipsius monstrant verba sequentia, quæ *l. c. §. 19. p. 168.* leguntur: Docet nimirum: *Omnes revelationes in Sacris Scripturis memoratas, per somnia duntaxat aut ecstases fuisse concessas, si Mo- sen saltem excipias, & Oracula, quæ per U- rim & Thummim fiebant, quod ex Num. XII, 6. 8. Joel II, 28. 29. probare studet. Enim vero quam frivole hæc omnia fue- rint a Tolando excogitata, facile apparebit, si saltem exempla in contrarium e Sacris Pandectis attulerimus, quæ facile nos con- vincunt: Prophetas Visiones, non men- tem eorum solummodo, sed oculos & ani- mum simul ferientes habuisse. Primo quidem exempla sunt obvia, quæ osten- dunt: Sacros Vates etiam absque pectora- li vocem Dei audivisse. Sic Josua Oracu- la divina auscultavit sine hoc pectorali amiculo, idem quod de Davide sentien- dum. Equidem *Cunæus*, *Spencerus* aliique ex *I. Sam. XX, 11.* evincere allaborant, Davidem pectorali indutum Deum consuluisse. Verum *Braunius* bene observat: In loco allegato non affirmari:*

) ( 2

Abja-



PRÆFATIO.

Abjatharem Ephodo Davidem induisse, sed tantum ad Davidem attulisse Ephodum cum Urim, ut Numen consuleret. Verba enim Davidis non significare: *Applice mihi queso Ephodum*, (quemadmodum *Cunæus & Spencerus* hunc locum transtulerunt) *sed adfer mihi Ephodum, sive adfer pro me, sive propter me*. Unde liquet: Prophetas etiam absque Urim & Thummim oracula Dei audivisse. Vid. BRAVNIVS *de Vestitu Sacro lib. II. c. XX. t. 621*. Et quid de Samuële nobis dicendum erit? Nonne ille, postquam de somno excitatus esset, Deum sibi loquentem, & oracula Dei de fatibus domus Heli edentem absque somno & ecstasi audivit? Similiter oculos Daniëlis corporeos, vehementer affectos commotosque fuisse, cum ad littus Tigris videret Virum lino vestitum, inde constat:

1) Quia tanto sopore postmodum oppressus fuit, ut faciem terram versus deieceret.

2) Tactus divina manu corpus humo erexit, stetitque tremens.

3) Cœleste inter colloquium denuo vultum deiecit ad terram obmutuitque.

4) Totum corpus fuit enervatum afflictumque & halitus interceptus.

5) Daniëlis Comites haud quidem hanc visio-



## PRÆFATIO.

visionem viderunt, perterrefacti tamen in fugam se dederunt, seque occultarunt. *Dan. cap. X.*

Similis visio obtigit Ezechiëli ad Chaborem fluvium. Oculis nimirum corporeis vidit currum a quatuor animantibus tractum, & Schechinam sive Filium Dei vententem.

Addo his exemplum Saulis convertendi, quem lux multa circumfulguravit de cœlo, ut oculi eius excœcarentur *Act. IX.* ipsiusque comites lucem quidem viderunt, at vocem loquentis cum eo non audiverunt *Act. XXII.* Quæ exempla allata satis adversus *Tolandum* militant, arguuntque: Visiones non per ecstasin saltem vel somnum, sed per visum corporeum sanctis Viribus obtigisse.

Equidem non negamus, quam plurimas Prophetarum visiones pure fuisse intellectuales. Huius generis fuit illa, quando Micha vidit Israëlem super montes dispersum instar ovium sine pastore deerantium. Nondum enim tunc fugam capesserant Israëlitæ. Interim tamen *GVERTLERO* calculum meum denegare cogor, quando in *Theologia Prophetica cap. II. p. 16.* asserit: Visionem illam, quæ Michæ *I Reg. XXII.* & *Esaïæ cap. VI.* videntibus nimirum Jehovam in folio sedentem, concessa



## PRÆFATIO.

cessa est, saltem intellectualem, & in cerebro effictam fuisse affirmat, & hoc quidem ex ea ratione: Quia Deus non patet oculis corporeis, sed lucem habitat inaccessam, neque cerebrum capax est imaginis Maie-  
 stati divinæ congruentis. Verum quidem est: Deum esse ens simplex & invisibile, quia, dum partibus extra se invicem positis caret, fieri non potest, ut ope radiorum inde procedentium imago eius in oculo humano depingatur, quod tamen ad visionem pertinet. Interim tamen hoc ens invisibile se ipsum aliquo modo mortalibus potest repræsentare. Nil sane obstat, quo minus quæ in Deo sunt, per res materiales, propter aliquam similitudinem generalem indigentur, ex iisque figura quædam, quæ pingi vel sculpi possit, componatur. Nominamus eiusmodi figuras hieroglyphicas sive symbolicas, quarum origines nonnulli ab Ebræis, alii ab Ægyptiis deducunt, de quo argumento NICOLAVS CAVSINVS *de symbolica Ægyptiorum sapientia*, FABRICIVS, Professor quondam Heidelbergensis, in *Theatro Hieroglyph.* SNABELIVS in *Oratione de Orig. & præst. Theologia Hieroglyphicæ*, & WITSIVS in *Ægyptiacis* suis pluribus consulendi. Eiusmodi figuris hieroglyphicis ipse Sacer Codex Deum nobis delineavit in Visionibus, *Ezech. I, 25. III, 33. VIII, 2. Esaia VI, 1.* in quibus Deus instar hominis in solio excelso & magnifico sedentis apparuit, quæ quidem apparitio, non quidem ipsius Dei imaginem, sed symbolicam & hieroglyphicam eius, quod in Deo est, repræsentationem exhibuit. Scilicet per id ipsum summum Dei & illimitatum in omnes

mnes



## PRÆFATIO.

mnes creaturas imperium adumbratur, quia Regum eadem figura est. Hisce probe pensitatis, non video, quid Deum impediverit, quo minus se hominibus sub eiusmodi figuris symbolisque ostenderet. Πολυμερως enim καὶ πολυθρωπως Deus olim locutus est cum Patribus per Prophetas *Ebr. I.*

Sed ad *Tolandum* nostrum ut revertar, provocat ille ad loca quædam scripturæ, ut lectorem eo melius circumveniat: Præsidium nimirum erroris sui invenisse putat *Num. XII, 6. 7.* ubi Deus sic loquitur: *Audite nunc verba mea, si est Propheta ex vobis, ego Jehova per visionem me ipsum notum facio ei, aut per somnium alloquor eum. Non sic servus meus Moses, qui est in tota domo mea fidelis.* Argumentatur hinc *Tolandus*, inter Prophetas cæteros nemini nisi Mosi apparitiones divinas per Visum corporeum obtigisse. Sed maximopere fallitur empetta. Etenim in loco allegato certæ quædam prærogativæ exhibentur, quibus Moses præ aliis Prophetis gavissus est. Interim tamen non dicitur: Deum cæteris Prophetis ut vigilantibus se non patefecisse. Testatur potius Sacer Codex: Deum reliquis Prophetis *הנראה* per visionem, quæ vigilantibus evenit, apparuisse. At quænam erat hæc visio? Symbolica nimirum & ænigmatica, ubi aliud videtur, aliud intelligitur. Erat visio tanquam imaginis in speculo exhibitæ. Erat visio tantum externorum, non internorum. Secus vero sese res cum Mose habuit. Loquebatur enim Deus cum *eo ore ad os*, quæ phrasid denotat alloquium familiare, quale est amici ad amicum sine metu & trepidatione. Adscribitur Mosi visio non ænigmatica, quæ non solum est exteriorum, sed & interiorum, non imaginis, sed rei  
ipfius



## PRÆFATIO.

ipsius. Vid. WITSIVS in *Miscellaneis Tom. 1. lib. 1. Cap. VII. p. 43.*

Cognoscimus hinc: Prærogativam Mosis non in eo constituisse, quod solus vigilans visiones habuerit, sed in eo, quod sublimiores saltem patefactionis modi & gradus ei præ cæteris Prophetis obtigerint.

Ad locum Joëlis *Cap. II.* quod attinet, maximo-pere quoque eodem abusus est *Tolandus*. Non enim de tempore V. T. sed de tempore Messiae Joël locutus est, quemadmodum & ipsi Judæi, quos WAGENSEILIVS *in telis igneis satanae p. 50-81.* excitat, fatentur, quod & ex *Act. II, 17. 18.* satis luculenter patet. Unde & facili negotio consequitur, quod, quæ stylo V. T. usitato hic proponuntur, statui ac formæ Ecclesiæ N. T. conformiter explicanda sint, adeoque *Tolandum* maximo-pere errare, quando hunc textum Joëlis de temporibus V. T. intellectum cupit.

Præfari hæc libuit, dum præsentem *Tennisonii* libellum Lectori offero. Pertinet hæcce eiusdem de apparitionibus divinis commentatio ad librum *Tennisonii*, quem multijuga eruditione quondam de *Idololatria* evulgavit. Curavi, ut a Viro quodam linguæ Anglicæ gnaro in idioma Latinum transponeretur. Quoniam autem hic & illic cogitata Autoris vel emendanda vel supplenda erant, observationes quasdam libello addidi. Plura forsitan ad illustrandam hanc materiam adferri potuissent, si vel tempus suppetiisset, vel *MONCÆJI Historia apparitionum* ad manus fuisset. Vale interim Lector Benevole, & conatibus nostris fave! Dabam Hanoveræ d. 3.

Maji 1740.

CAPVT I.





## CAPVT I.

# De Remediis, quæ Deus hominibus contra Idololatri- am adhibenda dedit, imprimis de Schechina Filii Dei.

### §. I.

**I**dololatriæ significatu in præcedentibus firmato, atque Gentilium, Judæorum, Muhamædanorum ipsorumque Christianorum exemplis illustrato, iam ad exhibenda medicamina pergo, quæ Deus, imbecillitate nostra motus, adversus epidemicam istam luem, adhibenda nobis monstravit (a). Nimirum, ne homines

(a) In præcedentibus egerat TENNISONIUS noster de notione Idololatriæ & su-

perstitutionis, de causis Idololatriæ, de initio & progressu eiusdem, de Idololatriæ

A



nes Deos falsos eorumque ministros audirent, eos sana ratione armavit, quæ doceret eos, unam esse Essentiam Supremam, eamque absolute perfectissimam, atque

inter gentes, Judæos, Muhamedanos & Christianos usitata; adiectis observationibus quibusdam de Idololatria Arianorum, Socinianorum & Pontificiorum. Fa-  
 teor, quam plurimos cum TENNISONIO & post eum hoc de Idololatria argumentum occupasse, inter quos imprimis nominandus VOS-  
 SIUS de *Theologia gentili*; SELDENUS de *Diis Syris*, de CHERBURY in *Tract. de religione*, IVRIEV in *histoire des dogmes & des cultes* alique plures. Interim tamen neminem pœnitebit, hæc Archi-episcopi nostri, ad illustrandum hoc argumentum, prolata pensitasse. Ego sic arbitror, & sic animum induco meum, Idololatriæ originem, non ad tempora antediluviana, sed postdiluviana referendam esse. Ante diluvium atheismum mentes mortalium inquinasse, scripta Mosaica luculenter monstrant. Quemadmodum vero solenne mortalibus est, ut, ad unum extremum evitandum, ad alterum labantur, ita e-

tiam factum est post diluvium, ut ab atheismo ad superstitionem & idololatriam homines progressi sint. Equidem B. RAMBACHIUS, cuius merita in ecclesiam etiam post fata manebunt, in *Histor. Eccles. V. T. Per. I. membr. IX. p. 145.* plane aliter sentit. Arbitratur enim; Idololatriam iam inter homines ante diluvium viventes obtinuisse, quod imprimis probare annitur ex epist. Iudæ v. 10. 11. ubi pseudo-Doctorum mentionem iniicit Apostolus, eosque in via Cainiana grassari asserit; Unde concludit; Cainum iam fuisse Idololatriam, atque a vero Dei cultu recessisse. At plures adsunt rationes, quo minus sententiæ Viri celeberrimi accedam. Hoc quidem extra dubium positum est, Cainum Typum pseudo-Doctorum fuisse, veluti, quod ex loco allegato satis apparet. Quemadmodum vero plura in pravis Doctoribus vitia reperiuntur, quæ non quidem semper in erroribus circa Dei cultum, sed etiam in corru-



atque præterea, quemadmodum ubique, ut Deus omnipotens, sapiens, benignus atque præsens est, ita ubique adorandum, omnemque fiduciam in eo tamquam Deo unico collocandam esse. Idem rationis principium docet homines, Deum nec imaginibus repræsentari posse, nec iis

A 2 cir-

ptis moribus, nefandisque criminibus, huic hominum generi propriis, consistunt; Ita & Cainus Typus fuit pseudo-Doctorum, (forſan eorum, qui ex cohorte Simonis fuere) non ratione doctrinæ per eos corruptæ, sed ratione invidiæ, in quam plerumque incidunt, qui veritati infensi, omnes persequi conantur, qui pro veritate militant. Sequor hic JOH. GERHARDVM, qui per Cainum, Balaamum & Corah, præcipua pravorum Doctorum vitia, invidiam, avaritiam, & contradicendi studium, per Typos, & imagines repræsentari docet. Vid. BUDDEUS *de peccat. Typ. §. 3.* Accedit, quod Apostolus in loco citato viam Cainianam a via Balaami, quæ est erroris semita, distinguat, unde sequitur: viam Caini hic non denotare errorem in doctrina, multo minus Idololatriam, sed animum invidiosum,

truculentum adversus proximum; quippe quæ vitia in Caino præcipue fuere conspicua. Quamquam & hocce monendum: Falsorum Deorum cultus origines longius petendas esse, quam plerumque fieri solet. Monstrat enim univique mortaliū ratio, etsi per lapsum Adami corrupta & labefactata, in fruitione Dei, veluti summi Boni, felicitatem perfectissimam, omnibusque numeris absolutam consistere. Interim tamen homo sentit, se esse corruptum, nitiq̄ in vetitum, cupereque negata; Et quamquam ratio huncce hominis statum vehementer doleat, ignorat tamen, unde hæc corruptio originem traxerit, quibus remediis reprimi aut penitus tolli, & quomodo homo in integrum possit restitui; Ex hoc fonte fluxerunt tot Idololatriæ gentium, quas studium hoc vel illo modo Deum placandi,



circumscribi. (b) Nec perspectas habemus inferiores visibilis mundi virtutes, quod si eæ existunt. Hinc consequitur, nullum

transversas egit, ut a recto tramite aberrarent; Interim tamen sapientiores insufficientiam eiusmodi cultus bene perspexerunt.

(b) Adversus rationis principium itaque egerunt primi homines, cum divinitatis naturam sub formis rerum terrestrium, ac denique sub speciebus humanis conceperunt, cum tamen nec speciem ullam Dei vidissent, nec eius religionis accepissent mandatum. Sic Brachmanes duplex corpus Deo suo tribuerunt, alterum, quod ad essentiam eius pertineret, alterum, quod extrinsecus ab eodem assumeretur, in qua opinione nescio an ullum habeant ὁμώσηφον. Notum alioquin est: Epicurum Deos ἀνθρώποειδῆς statuisset, teste Diogene Laërtio L. X. Nec dissentiunt plurimi hæreticorum, Anthropomorphitz, Massaliani, Seleucus & Hermias, de quibus consulatur PETAVIUS *Dogm. Theol. T. I. Lib. II. c. I.* Imo ipse quoque Moses Deum sibi corporeum finxisse visus est

CLERICO in *judiciis Theologorum Batavorum in Histor. Critic. Richardi Simonis*, quam persuasionem solide evertit H. WITSIVS in *Miscellan. Sacr. L. I. Cap. VII. §. 20.* Cui sane eo minus fides habenda, quo magis constat, ipsos quoque ethnicos plurimos ab ea opinione abhorruisse, Deumque statuisse ἀσώματον, inter quos laudari solet Plato, V. LAERTIVS III. 77. alique, qui commemorantur a TOBIA PFANNERO in *Systemat. Theol. Gentil. C. II. §. 19.* & CVDWORTHIO in *Systemate intellect. L. I. Cap. I. §. 19.* ubi Ven. MOSHEMIUS in annot. inquit: Certum esse, PLATONEM Deum ἀσώματον dixisse, quod pluribus demonstravit MAXIMUS TYRIUS *dissert. 1. quid sit Deus secundum Platonem*: Merito hinc notandi sunt, qui impudenter sane asserunt Anthropomorphismum in stylo scripturæ dominari, quemadmodum C. BLUNTIUS somniavit, applaudente DIPPELIO, ne pro principio satis exquisito S. Scriptura habeatur.



nullum patere fundamentum, quare eas  
adeamus.

## §. II.

Quod ad Iudæos attinet, isti præcepto  
expresso, Deum sine imagine colendum  
esse,

A 3

Enimvero Anthropopathiam recte explicatam cum Anthropomorphismo adversarii aperte confundunt, atque syncatartasin, vel applicationem ad hominum captum cum deviatione a rei vera indole & natura commiscunt. Mentio hic quoque injicienda quæstionis, quæ inter Nostrates & Reformatos hætenus fuit agitata: An scilicet Christiano liceat summum & invisibile Numen sub forma humana pingere. Notum est: Reformatos ejusmodi picturam tanquam Idololatriæ speciem damnare. Sic in Epistolis Arminianorum literæ Arnoldi Pœlenburgi leguntur, in quibus ex Deut. IV, 15. 16. Rom. I, 23. 24. probare satagit: Imagines Dei non esse fabricandas. Vid. edit. Amstelodam. in 8vo. p. 838. Enim vero quomodo hic nodus solvendus sit, bene docuerunt CRAMERUS in *schola prophetica* P. II. p. 414 & SCHROEDER in *Apodixi Theologica de imaginibus*

*ad habendum, sed non ad colendum* P. I. §. 863. Sed ad quænam tempora origo cultus imaginum referenda, ardua profecto quæstio. Si vero dicendum, quod res est: probabile est, a Teraphim sive diis domesticis, qui ubique gentium fuere recepti, cultus imaginum forte incepisse. Forsan Ægyptii, superstitione prorius insanientes, auctores hujus Idololatriæ extiterunt. HERODOTUS nimirum Ægyptios hujus instituti autores fuisse perhibet *Lib. II. Cap. IV.* verbis seqq. *Item primos ipsos diis & aras & simulacra & delubra statuisse, quin & animalia in saxis sculpsisse.* Quicquid sit, certissimum hoc est: Hanc Idololatriæ speciem, quæ in cultu imaginum religioso consistit, antiquissimam esse, & cum ipsa arte sculpendi & pingendi incrementa sumsisse. Vid. BVDDEVS in *Histor. Eccles. V. T. Per. I. Sect. II.* p. 249. Etsi enim forsan



esse, docebantur, & insuper a Deo admonerentur, ut omnia immediate per providentiam gubernari crederent. Pari ratione Christiani liquido evincunt: Deos gentilium Dæmones esse, vel Spiritus malignos; e contrario unum saltem esse Deum, unum Mediatorem a Christianis adorandum. Iidem Christiani cœtum constituunt, ex multis quidem membris collectum, at, in tribus tamen Personis, unum Deum colentem. In baptismo, per quem in societatem istam recipiuntur Christiani, solennis Diaboli & operum eius

primo gentiles columnas saltem e lapidibus sculptas & in forma pyramidali extractas posuerunt, vid. NEUBAVR in *Traët. de Columnis Ecclesia sect. I. cap. I.* temporis tamen progressu, Deorum simulacra confecta, & dii sub specie humana fuere exhibiti. Judæis quidem non adsentimur, qui perhibent: Thara patrem Abrahami primum simulacrorum inventorem fuisse, quod & EPIPHANIVS lib. I. *adv. Hæres.* asserit; Interca tamen in historia Jacobi primum mentio fit imaginum, quæ Teraphim vocantur. Si in causas huius superstitionis inquiremus, inveniemus: Gentes

sensim a puriori ratione deflectentes, ingenti quodam & flagranti desiderio, præsentiam visibilem illius desuperpetiisse, quem cultui suo obiectum habebant. Signa enim illa externa visibilia divinitatis, siquis sibi ulla ratione probabili persuadere queat, Numen iis præsens adesse, magna sunt religionis incitamenta, & cultoribus Numinis magnum adferunt solatium. Est enim iucundum, sibi persuadere, se Deum habere præsentem, ac veluti in sua custodia. Certe homo carnalis ineptus est ad cultum spiritualem, huic itaque affectui, subservierunt sacerdotes, qui facile ex ingenio concepe-



eius renunciatio præscribitur, quorum pars pompæ erant vel processiones, in honorem Idolorum olim factæ. (c) In Sacramento, quod monumentum est passionis Christi, capitis & fundatoris societatis huius, offertur nobis calix Domini, in oppositionem calicis Diabolorum (d). Primo die septimanæ, qui ad publicum

## A 4 sacro-

runt signa atque symbola, quibus divinitatem adumbraverunt, vulgo persuadentes, Deos se his signis unire & ea insidere.

(c) Formula hæc abrenunciationis legitur in *Constitutionibus apostolicis lib. VII. cap. 41.* his verbis: Renuncio satanæ, operibus eius καὶ ταῖς πομπαῖς αὐτῆς, καὶ ταῖς λατρείαις αὐτῆς, & angelis eius, & inventis eius, ac omnibus, quæ sub eo sunt. Ex qua formula apparet: hanc abrenunciationem baptizandorum præcipue cultui idololatriæ oppositam fuisse. Vid. ZIMMERMANN ad TERTULL. Penes nonnullos Ecclesiæ primitivæ scriptores hæc formula ita legitur, ut in ea simul spectaculorum mentio iniiciatur. Vid. SALVIANVS *de provid. lib. V. pag. 208*, de quibus spectaculis notan-

dum, quod per ea ludi publici atque solennes intelligantur, qui in honorem Idolorum instituebantur. Forsan ad ea respexit Johannes, quando τὴν ἐπιθυμίαν τῶν ὀφθαλμῶν damnat, atque a Christianorum cœtu eliminandam strenue hortatur, 1. ep. II, 16. Erant enim hæc pompæ & ludi solennes tales ceremoniæ, quæ vitiis idololatriæ erant contaminatæ.

(d) Alludit hic Autor noster ad verba Paulina I Cor. X, 19-21, quem locum satis erudite & eleganter exposuit GODOFREDVS OLEARIVS, in peculiari dissert. De κοινωνίαις cum Christo & demoniis. Secutus ipsum est in enucleando hoc themate autor quidam Anonymus idemque doctissimus, in *der Historie der heidnischen Opfer-Mahler u-*



facrorum Christianorum cultum pertinet, memoriam creationis mundi per Filium repetimus, per quem (non vero per Dæmonem) Pater omnia condidit. Grata etiam mente recolimus eodem die memoriam resurrectionis Christi e mortuis, qui vires Diabolorum per hanc ipsam resurrectionem suam compressit. In precum formula, quam Dominus noster suos discipulos docuit, a Deo petimus, ut nos liberet ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, id est, a Satana destructore, sicuti Rabbi IEHUDA, in suis precibus dicere consuevit. (e) Ad doxologiam quod attinet, regnum potentiae & gloriae non Diabolo, sed illi uni vero Deo tribuitur, qui est Pater Jesu Christi.

## §. III.

bi Cap. II. de κοινωμία, quæ idola eorumque cultores intercessit, pluribus mentem suam aperuit. Duplex scilicet hæc erat κοινωμία, altera, quæ ex sacrificiis Numinibus oblatis oriebatur, altera, quæ ex commestione sacrificiorum, sive epulis sacrificialibus proveniebat. Hinc ii Christiani, qui eiusmodi epulis intererant, tamquam idololatriæ rei, imo tales habebantur, qui in communione Dæmonum essent. Qua-

propter pocula Domini & Dæmoniorum invicem veluti opposita consideranda.

(e) Verba hæc Rabbi JEHVDA exhibet LIGHT-FOOTVS, in Horis Hebraicis & Talmudicis, in cap. VI. Matth. p. 301. & sunt sequentia: Sit beneplacitum tuum, ut liberet nos ab impudentibus & impudentia, ab homine malo & accursu malo, ab affectu malo & a vicino malo, a satana destructore & ab iudicio duro & ab adversario duro.



## §. III.

Sed de his rebus latius supra actum est. Reliquum itaque, ut oratio nostra pergat ad remedia, quæ Deus in specie destinavit, ad imagines e medio tollendas. Argumentum hocce vulgo neglectum est, & quæ hæctenus prodierescripta, solam plenioris eius tractationis expectationem præ se tulerunt. Huius examinis initium faciemus a demonstratione invisibilitatis Dei, deinde enarrabimus, Deum, pro Summa sua benignitate, se quasi accommodasse ad Homines, eorumque oculis Filium suum sub Schechina monstrasse.

## §. IV.

In ipsa creatione, magna invisibilium materialium ac motuum pars reperitur. Sat multa sunt præter Deum omnipotentem, quæ immediate in sensus Hominum non incurrunt, quamvis ea existere intelligunt post effectuum eorum considerationem philosophicam. Deus utique materiam illam, quæ nunc invisibilis est, ita fingere potuisset, ut minutissimas eius partes, & curiosissimos eorum nexus, oculis nostris videre possemus; Ecquid enim omnipotenti obstitisset, cum lucem & animam creasset, quo minus & ipsas nervorum fibras, iam in hac vita

A 5

(quem-



(quemadmodum posthac in corporibus glorificatis fiet,) tam tenues efformasset, ut oculis instar naturalium microscopiorum uti possemus (f).

§. V.

(f) Veneramur hic vestigia providentiæ divinæ, quæ e structura oculorum evidenter elucescunt. Ad Atheos quidem quod attinet, nescio quid imperfectionis, in facultate hominis videndi, deprehendisse sibi visi sunt, impudenter asserentes, sensus istos, quibus homo pollet, multo perfectiores fore, si ens aliquod summum & infinite sapiens creationi rerum omnium præfuisse. At eleganter prorsus & solide hos θεομάχης deprexit RICHARDVS BENTLEIVS in *stultitia Atheismi* p. 120. ubi sequentem in modum differit: "Wir behaupten, daß unsere Sinnen diejenige Staffel der Vollenkommenheit erreichen, welche sich zu unserm Zustande und Beschaffenheit am besten schicket und reimet. Wenn unser Auge dermassen scharffsichtig wäre, daß es auch auf 100 Meile - Weges weit finstere und kleine Dinge entdecken könnte, so würde uns doch wenig damit gedie-

net seyn. Es würde sich an den nahe liegenden Bergen und Wäldern, oder in den grossen ebenen Feldern, durch die Rinde der Erde, fläche brechen und endigen müssen. Es wäre denn, daß wir immerdar, auf den höchsten Gipfeln der Berge und Klippen wohneten, oder auch Flügel hätten, damit wir uns in die Höhe schwingen könnten, wenn uns in die Ferne zu sehen, eine Lust ankäme. Und wo je das menschliche Geschlecht Flügel gehabt hätte, (wie vielleicht ein unverschämter Atheiste uns in diesem Stück vor mangelhaft und gebrechlich halten mögte) so würden dieselbe durch einen gemeinen Schluss und Beystimmung der gantzen Welt haben müssen beschnitten werden, oder es wäre das menschliche Geschlecht vorlängst untergangen, indem in solchen Fall nicht das geringste vor Mord und Raub würde frey gewesen seyn, oder so das Auge so durchdringend wäre, daß dasselbe es auch



## §. V.

Quod vero ad divinam eius substantiam attinet, quæ neque limitibus, neque partibus, neque motu Physico, (quæ est partium divisio) neque figura, (quæ cum immensa eius magnitudine consistere nequit, neque colore, (qui figuræ effectus est) distinguitur, certum est, quod in hoc corpore eam videre nequeamus. Imo magna dubitandi ratio subest, an eam post-hac in corpore glorificato visuri simus (g). Etsi enim hoc nostrum corpus

tunc

„den besten Vergrößerungs-  
 „Gläsern gleich thun, und  
 „die zärtsten Hägen an  
 „den Beingen einer Mücke  
 „erkennen und unterschei-  
 „den könnte, so würde sol-  
 „ches für uns mehr für ei-  
 „ne Straffe, als für einen Nu-  
 „tzen zu achten seyn; denn  
 „solches würde verursachen,  
 „dass uns alles rau h und un-  
 „gestalt vorkommen würde,  
 „auch die auf das sauberste  
 „geschliffene und polirte  
 „Crystallen würden gantz  
 „uneben und grob lassen.  
 „Das anschauen unseres ei-  
 „genen Leibes würde uns er-  
 „schrecken. Die glatteste  
 „Haut würde über und über  
 „mit zeretzten Schuppen  
 „und Haaren, als Sau-Bor-  
 „sten besetzt scheinen, u.f.w.

(g) An Deitas ipsa, oculo corporeo videri possit, quæstio est iamdudum controversa. Negant hoc Photiniani. Inter Calvinianos RIVETVS ad Exod. cap. XXIV, 10. qui inquit: *Oculis nostris nos substantiam Dei visuros, nec scriptura dicit, nec verum est, quicquid nonnulli dicunt, de elevatione oculi tunc futura.* Ad Pontificios quod attinet, ii circa hanc quæstionem invicem dissentiant, plerique tamen asserunt: ne quidem in æterna vita sensus corporis elevari posse ad illam perfectionem, ut obiectum spirituale, quale sunt Deus & angeli, non corporeum, non coloratum, sensibus



tunc glorificatum erit, corpus tamen manebit. Deum itaque videre, in posterum sperare non possumus, nisi per visionem pleniorum voluntatis divinæ cognitionem intelligamus, & antecedens per consequens interpretemur. Ex hoc sacræ scripturæ loco Joh. I, 18. *Nemo Deum vidit unquam, nisi unigenitus Dei Filius, qui est in gremio Patris, is est, qui eum revelavit* (h). Johannes dicto loco expresse visionem ocularem negat, quod & in epistola sua prima facit Cap. IV. v. 12. TERTULLIANVS in refutatione Praxeæ, de invisi-

corporis intueri possint. Contradiciunt tamen alii, eo quod I Cor. XV. v. 43. 44. expresse dicitur: Corpus naturale in statu gloriæ acquiritur facultates spirituales. Inter nostrates non desunt, qui hic vel negativam, ut BALDVINVS, DANHAVERVS. vel affirmativam tuentur, modeste interea monentes, accuratiorum huius quæstionis decisionem seculo futuro reservandam esse. Ita BROCHMANNVS L.L. *theol. loc. de vista atern.* Cap. II. Quæst. XIII. & imprimis OSIANDER *de Deo in lumine gloria delineato, disp. de modo visionis beatificæ* thes. III. p. 84. e recentioribus BVDDEVS in

*Theol. dogmat.* PFAFFIVS in *Theologia dogmatica* & HEVMANNVS in *Meditatione de modo, quo visuri simus Deum in vita aterna*, quæ in act. Erudit. Lipsi. anno 1714. p. 108. extat, qui pro cognitione intuitiva intellectuâli, quæ solis spiritibus propria, & qua se invicem cognoscunt, militat. Cum quo facit autor libelli, qui Amstelod. anno 1700. in 8vo sub hoc titulo prodiit: *La félicité de la vie avenir*, vid. Unschuld. Nachr. Tom. I. p. 451.

(h) Locus hicce Johannes plane non agit de modo visionis beatificæ, quemadmodum autor noster innuere videtur. Scopus Evan-



sibilitate Dei, & visibilitate Filii Dei differit Sect. XIV. & rem ex apparitione solis illustrat, utpote, qui non in proprio corpore suo, sed in radiis suis conspicitur; Et porro ex St. Paulo observat, ipsum hoc respectu negare, & actualem & possibilem Dei visionem, dicendo: Nemo vidit Deum

gelistæ est, ut doceat, quam ingens prerogativa competit Christo præ Moyse, prout ex antecedentibus apparet, & iam dudum ab HEINSIO & LAMPPIO observatum fuit. Hancce Salvatoris excellentiam demonstraturus Evangelista, asserit; neminem nequidem Moysen Deum vidisse, quemadmodum Filius iste unigenitus ipsum sit intuitus, vox *ὁραῖν*, videre, quam adhibet Evangelista, hic non tam denotat cognitionem ratione essentiae, quam voluntatis Dei gratiosæ, hominibus revelandæ, quod inde satis apparet, quod Filius Dei unigenitus, divinæ voluntatis decretorumque divinorum *ἐξηγητής* interpretis dicitur, quod LAMPIVS non animadvertit, quippe qui Apostolum hic saltem de visione essentiae divinæ loqui autumat, Sapiencia nimirum divina, quæ sese in opere redem-

tionis manifestavit, est illa sapientia Dei occulta, quam præfinivit Deus ante secula, 1. Cor. II, 1. quam nullus hominum unquam naturalis rationis lumine penetravit Matth. XVI. v. 17. Coloss. I, 15. Visio hæc soli unigenito Dei Filio, in sinu Patris existenti, tribuitur, ubi sicut series verborum postulat, verbum *ἑώρακε* repetendum, subintellecta adversativa, vel exclusiva, ut ita ratio reddatur, cur visio hæc, aliis negata, soli Filio competat; Nempe quia Filius Dei unigenitus est, & in sinu Patris existit, eiusdem cum illo essentiae. Ex quibus colligitur, sermonem esse de visione adæquata, comprehensiva, intrinseca, omnia decreta divina penetrante, quæ revelationem externam, Ænigmaticam, Symbolicam (qualis Moyse contigit) præsupponat nullam, quæque sine lumine naturæ, gratiæ & gloriæ facta sit.



Deum neque videre eum potest. 1 Tim. VI. v. 16 (i). Nemo hominum, quamdiu hic in vita est, videre Deum potest, ut est, atque ut in cœlis habitat, in palatio & throno gloriæ eius eminentissimæ. Nunc ne illa quidem videre possumus, (nisi irradiationem, quæ Stephani gratiose quondam obrigit, excipiamus) quæ demum post resurrectionem sumus percepturi, cum corporis crassi velum erit remotum, quia saltem iis, qui mundi corde sunt, intuitus divinæ promissio facta est. Matth. V. (k).

## §. VI.

(i) Omne dubium quod circa hoc dictum poterat oriri, evanescet, si inter visionem Dei intuitivam & comprehensivam bene cum Theologis nostratibus distinguamus. Certum est, Johannem hæc verba intellexisse, non de priori sed posteriori Dei visione. Neque enim in vita futura Deus, plenarie & comprehensive a nobis videbitur. vid. PEAFFIVS in *Theol. Dogmat.*

(k) Iterum hic distinguendum est inter visionem corpoream & spiritualem, comprehensivam & apprehensivam, adæquatam & inadæquatam, lumen gratiæ & umen gloriæ, ubi visioni spiritali & symboliæ suc-

cedet visio intuitiva 1 Joh. III, 2. Conf. interim quæ MOSHEMIVS in *disputatione de felicitate eorum, qui pure mente sunt*, ad illustrandum hoc comma protulit. ELSNERI *Observationes* conferri hic merentur. Observat, gentiles quoque existimasse, non nisi pium, scelerisque purum, Deos videre posse. Probat hoc ex CALLIMACHI *hymno in Apollinem* v. 9.

Apollo non cuivis apparet,  
sed illi  
qui vir probus.

Quod uberius deducit SPANHEMIVS in *Not. ad CALLIMACH.* Conferatur JAMBlichVS de *mysteriis Aegyptiorum*, qui asserit,



## §. VI.

Illi sunt, quibus arcanum facierum revelabitur, de quo Judæi toties sermocinantur, idque ad vitam futuram referunt, vid. MAIMONIDES de fund. leg. Cap. I. Sect. 1-10. p. 5. 6. 7. &c. sed quod ad substantiam Deitatis attinet, illa in æternum invisibilis est, cum infinita eius magnitudo (quam Tertullianus contra Praxeam p. 507. plenitudinem deitatis nominare videtur conspectamque a Moyse fuisse negat) ab hominis oculo capi non amplius possit, quam integer circulus orbis terrarum, eodem momento comprehendi potest in vitro Telescopii. Atque hanc ipsam Deitatis essentiam videre & ipsis Angelis negatum videtur. Quamvis enim Angeli Spiritus sint, tamen in spatio sunt, & habent naturam a substantia divina longe diversam, ut quæ omnia complet & penetrat (1). Sectarii quidem, ipsam  
Dei

statuisse Ægyptios, animam demum, affectibus puram, θεοπικνήν, Dei videndi capacem esse. Sect. 3. cap. 31. p. 102.

(1) Angelos universam Deitatis essentiam intellectu comprehendere non posse, ex eo apparet, quoniam sunt entia finita, finitum autem non est capax infiniti. Quan-

do autem noster autor, limitatam Angelorum cognitionem, respectu deitatis ex inde probat, quod angeli sint in spatio, tunc eo ipso ita argumentatur, ut Theologos nostrates sibi faventes non habeat. Quis enim unquam ita locutus est: Angelos existere in spatio. Angeli enim sunt entia simplicia, & hinc magnitudine,



Dei essentiam, iam in hac vita videre se professi sunt; Verum non est verus Deus in iis, quæ his in somniis suis sibi finxerunt.

§. VII.

Cum etiam homo in hac terrestri conditione potissimum cognitionem rerum per sensus recipiat, supra modum avidus est auxilii sensuum, & in indagine rerum abstrusiorum. Hoc imprimis in multitudine frequens est, quippe quæ ut plurimum crassis notionibus laborat, meditationes suas, etsi circa summum & purissimum ens versentur, ratione pura ac mixtionis experte, non valent profsequi. Sed ubi summum attigere, immiscent suis meditationibus res corporeas, & sic sua imaginatione abripiuntur. Hoc modo visibilis obiecti desiderium, etsi non causa necessaria idololatriæ est, eius tamen  
radix

extensione, figura, motu intestino carent, adeoque nec spatium replent. Forsan autem TENNISONIVS Angelos corpora subtilissima habere credidit, prouti Philosophi recentissimi hodie num afferunt. Forsan HENRICI MORI sententiam adoptavit, qui in *Enchiridio Metaphysico* somniavit: Deum ipsum implere spatium,

quam opinionem RAPHSO-NIVS in *conamine Metaphysico de spatio, ente reali & infinito, Methodo demonstrativa corroboravit*. Verum hæc omnia comparata sunt, ut partim ulteriori probatione indigeant, partim a celeberrimo WOLFFIO sint explorata, quando in *Metaphysica* de spatio agit. part. II. Cap. II.



radix & occasio fuit, quæ omnem imaginum cultum procreavit, eumque in plures species, quam populi in terrarum orbe sunt, divisit.

---

## CAPUT II.

### De Medela Idololatriæ per Schechinam.

#### §. I.

Cum Deus probe infirmitatem hominum cognosceret, tametsi ipse non eos in statum, in quo nunc sunt, & deciduum & fragilem collocavit, placuit ipsi, quasi condescendere ad infirmam conditionem naturæ humanæ, ipsique speciem quandam visibilis præsentia dare, ne homines, ea specie penitus deficiente, ab imaginatione abriperentur ad eiusmodi creaturas, quæ cum ipsis hominibus, eandem Deorum terrestrium speciem constituerent. Placuit itaque sapienti & misericordi Deo, ostendere oculis hominum, etsi non spiritualem & immensam substantiam suam, sub statua aut pictura quadam, proprie ita dicta, tamen sub *Schechina*

B

*china*



china visibilem suam gloriam, tamquam  
Symbolum specialis præsentiaæ suæ (a).

§. II.

(a) De Schechina quam plurimi, iidemque viri doctissimi scripserunt, quorum dicta in compendio hæc sunt: Schechina sive שכינה nihil aliud denotat, quam habitationem. Ita FULLERVS in *sacris Miscell. lib. II. cap. IV.* hanc vocem interpretatur. Vox שכינה, inquit, recte ni fallor exponitur habitatio illa vel inhabitatio, græce ἡ κατοίκησις, ita nempe & erudite transferunt LXX. Sic enim inuunt (prouti sæpe facere solent, nosque alibi observavimus) thema græcum σκηνή cum suis derivatis σκηνόω, κατασκηνόω, ab Ebræo שכינה originem traxisse. Simplicem itaque & dilucidam vocabuli σκηνόω explicationem hanc opinor esse, nimirum, ut שכינה id dicatur, per quod Deus, cum singulari quadam ratione inibi habitaret, peculiari idem & sensibili modo, Israelitis præsentiam suam exhibuit, seque apud eos habitare testatus est, propriæ divinæ cuiusdam prærogativæ beneficio. Quæ verba FULLERVS, doctissimus VITRIN-

GA ita illustrat: Sic est: notat vocabulum שכינה, vel ipsum Deum, præsentiam suam certo quodam symbolo populo suo exhibentem, vel ipsum illud σύμβολον, ipsam illam σκηνήν domum, ipsum tabernaculum, in quo Deus se exhibet præsentem. Promiserat nempe Deus, se habitaturum in medio Israelitarum. Sic legimus in Exod: וישכנתי בתוכם, & habitabo in medio ipsorum cap. XXV, 8. conf. Levit. XXVI. Typice hæc omnia adumbravere incarnationem Filii Dei, eiusdemque habitationem inter homines; quod & ecclesiæ antiquiori Iudæicæ ignotum non fuit, quippe, quæ credidit: Schechinam esse Angelum Goëlem & mediatorem, in quo Deus divinitatem & virtutes suas occultat, in quo veluti in tabernaculo suo habitat. Conf. ALLIXIVS *contra Unitarios*, qui hoc argumentum ulterius prosequitur. Et LAMPIUS in *Comment. in Johann. Cap. I. v. 41*, qui simul observat: Chaldæum Paraphrastem vocem Schechina semper usurpasse in illis le-



## §. II.

Hanc apparitionem divinam existimo maxime exhibitam cum efficacissimo splendore flammæ vel lucis circumdatæ spissis, & ut ita loquar, solemnibus nubibus. Nihil in natura tam purum (b),

B 2

gra-

cis, quæ de futura Messia revelatione in V. T. clarissime agunt v.g. Ezech. XXXVII. v. 27. Zachar. II, 10 - 11. Conf. JÜNGST in *dissertat. de Apparationibus Schechinæ Symbolicis*. Origines Θεοφανείας sive apparitionis Deorum hinc deducendæ sunt, quarum tam crebra in scriptis gentilium fit mentio, de quibus legas eruditissimam NIMPTSCHII Commentationem, qua Ἐπιφανείας Θεῶν ad illustranda quam plurima N. T. loca exhibit.

(b) Deus alias in sacro codice se occultum pronunciat, quo quidem nihil aliud indigitari arbitror, quam invisibilitatem, incomprehensibilitatem, aliaque sanctissimi Numinis attributa, non exclusis arcanis & occultis illis consiliis & decretis, quæ in ipsa æternitate Deus cepit. Interim tamen attentionem nostram mereatur, quando in sacris pau-

dectis legimus, Deum densissimis veluti nubibus circumdatum, hominibus apparuisse Exod: XXXIV. Exod: XVI. Num: XII, vel habitasse in locis opacis v.g. hortis, densissimis arboribus confitis, sub quercubus umbrosis. Vel quando tabernaculum sibi extruendum mandavit, quod solis luminis minime esset pervium. Ne dicam de sanctuario Templi Salomonei, in quo ædificio splendidissimo fenestras fuisse quidam affirmant, alii fortiter negantibus. Vid. RELANDUS in *Antiquit. Ebraic. Part. I. Cap. VII. §. X.* & LAKEMACHER *Obs. s. Part. II, Obs. VI.* Rationes autem, quæ forsan subsunt, cur Deus in caligine habitare, atque hac ratione symbolum præsentia suæ, quam sæpissime hominibus dare voluerit, largius exposuerunt? FEFERUS in *Dub. Vexat. Cent. IV. loc. XXV.* HUETIUS in *Demonstrat.*



gratum & venerabile est quam Lux, imprimis propter reflexionem & refractionem radiorum, quippe qui cerebro suavissimi sunt. Per lucem Deus detegit reliqua opera sua, & umbram quandam sui ipsius pandit (c). Hinc Gentiles æque  
ac

*Evangel. p. 143. & IOH. GOTTLOB CARPZOVIVS de Deo caliginis incola, p. 25. Hinc Satanas, qui alias Angelum lucis mentiri solet, gentibus persuasit: Deos impense tenebras amare, unde & Numina sua in locis opacis coluerunt, quia densitatem & obscuritatem lucorum fidem Numinis præsentis facere censebant. Vid. SCHLICHTER in Decimis Sacr. Obs. III. de Deo occulto.*

(c) Omnino lux elegantissimum naturæ divinæ symbolum est. Hinc sub hoc symbolo non solum se quam sæpissime conspiciendum Deus hominibus præbuit, sed & Deus ipse in sacris literis testatur: se esse Lucem. Ὁ Θεὸς Φῶς ἐστὶ 1 Joh. I, 5. Lux nempe est congeries corpusculorum, quæ indefinenter & celerrimo motu agitantur. Quæ corpuscula, cum sint ejusdem generis, lux videtur unum esse corpus simplex & uniforme.

Oculos autem nostros, & per oculos mentem, illo suo motu eum in modum afficit, ut a nobis videatur, & per eam videantur & discernantur omnia alia, quorum cognitio a sensibus externis dependet. Addo e placitis Philosophorum recentissimorum: Lucem facultate præditam esse corpora movendi, quod experientia probavit HARTSOEKER in *Conjecturis physicis*, quæ anno 1706. Amstelod. prodierunt *lib. I. disc. 3. §. 5. pag. II.* & HOMBERGIVS teste FONTENELLIO dans *l'histoire de l'Academie Royale des Sciences* Anno 1708. Quæ lucis attributa, si ad Deum referantur, nos docent: (1) Deum esse ens actuosissimum & cogitando & agendo. (2) Simplicissimum, quod nihil in se habet, quod non consummate perfectum sit, ita ut eius perfectioni nil addi nil detrahi possit. (3) Principium omnis veritatis, quod ab omnibus mortalibus,



ac sacri scriptores, desumferunt multas metaphoras, & tinxerunt quasi calamos suos in lumine, quoties de eo, qui Cœlum & terram creavit, in scriptis suis verba faciunt. Ita IAMBlichVS *de Mysteriis Ægyptiacis* potentiam, simplicitatem, penetrationem, & ubiuitatem Dei per lucem explicat. Rabbi ABIN LEVITA vestitum Dei statuit lucem esse, idque Davidem velle, quando Deum dicit, se ipsum lumine induere. MAIMONIDES credit: Materiam cœlorum natam esse ex vastissimo huius vestimenti lucidi limbo. EVGVBINVS asserit: Lucem divinam esse Cœlum Empyreum vel habitaculum Dei, & putat, illud esse verum Olympum Poëtarum, ὀλολαμπῆ, quia pe-

B 3

nitus

quam primam oculos mentis aperiunt, hoc est, animum suum advertunt, cognoscitur, absque cuius cognitione nulla veritas intelligitur, cuius ope contra omne verum cognoscitur. Deus cognoscitur primus & ultimus. Ante ipsum nihil, per ipsum omnia. Deus est Pater luminum, qui spargit radios in natura, unde ex sideribus aliisque rebus creatis est cognoscibilis. Idem Pater luminum, variis olim revelationum modis, radios sparsit, per Visionem, somnium,

prophetiam &c. & imprimis in Scriptura sacra. Confer SCHERZER in *Dissert. de Illustrissima divina immutabilitatis maiestate.* (4) Ens purissimum & sanctissimum, hoc est: Sibi constans & uniforme in omnibus. Cum ipse solus consummate perfectus sit, se ipsum amat intensissime. Hinc omnia ad honorem suum dirigit. Dicta & opera eius omnia testantur de summa eius perfectione, quod nos puritatem & sanctitatem Dei vocamus.



nitus pellucet gloria admirabili, appellatum (d).

## §. III.

BASILIVS lucem Dei dixit, non sensibus,

(d) Hæc AVGVSTINI STEVCHI EVGVBINI somnia legas in ipsius *Cosmopæia* & in *libello de rebus incorporeis & invisibilibus*. Figmenta huius auctoris hæc sunt. Putat: Ab æterno lucem quandam extitisse divinam & increatam, a Dei substantia tamen diversam, ab eaque manantem, quæ Dei sit habitatio, Deique Regnum, quod Cælum Empyreum vocatur. Hoc autem, teste eodem EVGVBINO in *Cosmopæia* p. 29. non potest esse creatum. Nam quod creatum fuit, locus & tempus fuit, id est ipse mundus. Deinde cum illud sit regnum Dei, non videtur fas, regnum Dei non semper fuisse. Est enim Cælum Empyreum claritas divina, quam semper fuisse cum Deo necesse est, ad quam claritatem admisit Angelos & homines pios. Regnum Dei est Regnum omnium seculorum, ait Psalmista Ps. CXLV. Semper sol ille lucem æternam suam comitem habuit. Nec potest aliud esse Cælum Empyreum, id est igneum, nisi claritas illa manans a Deo cir-

cumquaque extra mundum, extra rerum creatarum corruptibiliumque Regnum. Sub finem libri de rebus incorporeis pluribus commentum illud explicat, hunc esse dicens Olympum illum, Poëtarum quasi ὀλολαμπή, quod totus immenso fulgore collucet & a Paulo vocetur: Lux inaccessibilis, quæ a patre inhabitatur.

Quid autem fingi poterat obtusius homine, non Theologo dicam, sed Christiano, quam re ipsa coæternum aliquid Deo ponere, quod non sit Deus, & hoc corporeum & adspectabile, ut verbis PETAVII utar in *Dogmat. Theol. Tom. I. lib. III. Cap. V.* Sine dubio hæc insulsa commenta sua EVGVBINVS e putidissimis Palamitarum lacunis hausit. Palamus enim Monachus primum in monte sancto, deinde Episcopus Theffalonicensis cum suis affectis, dæmonis sine dubio præstigiis illius affirmabant, se ad certum corporis habitum conformatos, mirifica quædam cernere. Cum enim ad pectus vel umbilicum ca-



sibus, sed intellectu comprehendi posse, atque existimavit: Angelos post lucem primam & increatam, nempe post Deum, lucem esse secundam & creatam (e). Istiusmodi dicta, etsi sensus & imaginationem admixta habeant, maximam tamen partem cum sacra Scriptura conveniunt, quæ Deum lucem esse affirmat, docetque, præter lucem in rebus creatis nihil esse, quod emblemata Dei exhibeat aptius ad apparitionem. Ita ergo Schechina Dei describitur in Prophetia Habacuci Cap. IV.

**B 4** *Deus*  
 put ac mentem appressissent, & oculos contorsissent, suppresso Spiritu, mirabilem se lucem intueri, & inexhausta voluptate affici. Hinc ulterius procedebant, affirmantes: Esse lumen aliquod ad spectabile a Deo diversum, eique tamen coæternum minimeque creatum, quod ex illius Maiestate veluti radiorum e sole splendor, emicaret. Hanc esse Dei gloriam illam, regnum illud, quod Scriptura, sanctorumque Patrum libri frequenti sermone celebrant, teste IOH. CANTACUVZENO Histor. l. 2. Cap. 39.

(e) Quamplurimi nostratum Theologorum, quorum placita nunc sub examen non revocabimus, Angelos cum primæva luce crea-

tos esse arbitrantur, quod & luminosæ sint essentiæ & dicantur Luciferi Job. XXXVIII, 7. & ideo primo creatos esse, quia proxime ad naturam Dei spirituales præ cæteris creaturis accedant. Et sane quo quid nobilior & luminosior, & quo propius ad naturam spirituales, seu ad sedem cœlestem accedit, eo plus de qualitatibus luminatis participat. Sic infima terræ moles umbra & nocte obscurior est; contra pellucidam aqua habet proprietatem, quia altius adsurgit, & longius a terræ natura recedit; longius aër, & eo longius quo propius ad cœlum, quod tandem fere totum est lumen, luminibus sideris confertim undiquaque obstructum atque stipatum,



Deus ex Theman venit, & Sanctus de Monte Paran Selah! Gloria eius operiebat cælos, & terra plena erat laudis eius, & Fulgor eius erat sicut Lux, habebat cornua (vel radios) prodeuntes e manu eius (vel latere eius). (t).

§. IV.

An Schechina Dei apparuerit unquam per visionem in forma humana eaque lucida, pro certo definire non ausim, licet huiusmodi aspectus aptus sit ad excitandam hominum venerationem. Cum enim Herodes ex throno splendidissimo loqueretur, & lux excellentior ex toga eius argentea prodiret, populus citius captus est, atque ad celebrandum eum, sicut Deum pronior fuit. De figura autem Schechinæ, profiteor me incertum, ac sæpius mecum recolo oraculum Chaldæum, quod nos monet: Quod si ignem sanctissimum, absque forma vel determinata specie, splendentem videamus, tunc vocem eius audiamus *Orac. Chald. apud PSELLVM p. 81.* Hoc est, quod tunc, eum ignem, verum oraculum Dei, non imposturam dæmonis æstimemus. Et eiusmodi ignem PSELLVS istius oraculi

(f) In hunc locum elegantè & doctè commentatus est MARKIVS in *Exercit. Miscellan. Disput. VI.*

Conf. COCCEIVS qui in hac apparitione manifestationis regni Christi adumbrationem invenisse sibi visus est.



culi Scholiastes asserit, visum fuisse a multis. Simile aliquid occurrit in supplicationibus Abrahami & Mosis. Sed & falsus ignis fuit. Massalienses, quos Epiphanius appellat ὀρθοψύχης, deflectentes caput suum deorsum ad umbilicum usque, profitebantur, se videre ignem Divinum & ardorem spiritus Divini recipere, tamen vel a Diabolo deludebantur, vel se ipsos decipiebant per phantasma quoddam ludicrum, quod a nervis præter consuetudinem extensis proficisci potuit.

## §. V.

Quod nunc ad Schechinam vel visibilem Dei gloriam in hoc mundo attinet, omnino verosimile est, eam non effectam esse a patre, quem nullus hominum vidit, asserente IVSTINO MARTYRE in *Dialogo cum Tryphone* p. 357, sed a secunda Trinitatis persona, Rege & Lumine mundi, quod deinceps homo factus est (g). Orthodoxi enim & hære-

## B 5 tici

(g) Ita quoque sentiunt Doctores Ecclesie nostræ puriores e. gr. B. GERHARDVS, qui inquit: *Nulla persona divinitatis mittitur in tempore, nisi qua ab altera procedit sine tempore. Emissio requirit, ut una Persona ab altera procedat. At vero cum de Patre hac dici nequeant, tum & sacra Scri-*

*ptura nusquam nomen missi ipsi imponit; Ergo aut Filius aut Spiritus S. ut missus a Patre apparuit. Non Spiritus S., hic enim quamquam a Patre tanquam principio suo procedit, nunquam tamen in sacris literis nomine Angeli denotatur. Ergo Filius Dei humana forma indutus, piis senibus Abrahamo Lothoque*



tici constanter asseruerunt visibilitatem Filii, & invisibilitatem Patris, quamvis diversis rationibus nitantur. Fecit id ORIGENES & ATHANASIVS *Volum 2. p. 575.* Vid. etiam NOVAT. *de Trinitat. C. 25. & 31.* Idem fecere Ariani.

Ita BISTERFELDVS eodem in Tractatu, in quo adversus CRELLIVM naturalem Filii Dei Deitatem defendit *lib. 1. Sect. 2. Cap. 30.* hanc sententiam tuetur: Patrem ab Angelis ipsis videri non posse, Christum contra diu ante Evangelium visibilem Patris imaginem fuisse. At rationes, propter quas orthodoxi Patrem invisibilem esse asserunt, & Filium visibilem, supra modum differunt a rationibus Arianorum.

#### §. VI.

Ariani enim Filium humiliant, eumque creaturæ æqualem reddunt. Imo sunt, qui eum minorem & Deum secundum esse statuunt, prouti Eusebius Cæsariensis eum appellare ausus est. Vid. PETAVIVS *de Trinit. p. 792 (h).* Accedit,

*se videndum exhibuit, præludia quasi sue ἐνσπρωσως editurus.*

(h) Eusebium Arrianismi esse suspectum docet CHEMNITIVS *de Lectione Patrum*, secutus in eo HIE-

RONYMVM, qui principem & signiferum Arrianæ factionis ipsum appellavit. Consentunt BARONIVS, SPONDANVS, NORISIVS, BASNAGIVS, CLERICVS in *Epistolis Criticis*, Interim



cedit, quod eum visibili essentia constare crediderint. Ita MAXIMVS ARRIANVS, cuius mentio fit apud AVGVSTINVM, Filium solummodo instar Angelorum invisibilem esse pronunciauit, propter apparitionis defectum; Patrem autem invisibilem propter superiorem & immutabilem essentiam credidit. Interim tunc ipsi Catholici docebant: Totam  
Tri-

tamen Eusebium huius hæreseos expertem fuisse statuunt DVPINIVS Tom. II. Biblioth. Eccles. p. 18. qui admodum honorifice de Orthodoxia Eusebii iudicat his verbis: *Quod ad ipsius personam attinet, videtur fuisse integerrimus, maxime sincerus, pacis, veritatis & Religionis amantissimus. Quamquam cum inimicis Athanasii coniunctissimus fuerit, non liquet, ipsum eius inimicum fuisse, nec multum contentionibus Episcoporum illius temporis se admiscuisse. Interfuit iis Conciliis, in quibus inique actum est contra EVSTATHIVM & ATHANASIVM, sed non apparet, eum ibi ulla impotentis animi indicia dedisse, aut aliorum affectibus servisse. Novarum fidei formularum Autor non fuit. Non molitus est perniciem ATHANASII,*

*aut excidium eorum, qui eius partes tutati sunt &c. Adiungo DVPINIO illustrem H. E. Scriptorem CAVEVM, qui peculiarem pro EVSEBIO Apologiam conscripsit, in qua sequentem in modum differit: Non mihi in animo erat, neque iam est, EVSEBIVM ab omni labe purgare, contra plus simplici vice restatus sum, multa scriptis eius inesse, incautius, durius, periculosius dicta, quæ equum & candidum lectorem expectant, insolentes quandoque & incommodas loquendi formulas a receptis Theologorum regulis abhorrentes, quas nec probo nec defendo. Hoc in me probandum recipio: EVSEBIVM non fuisse ARRIANVM & κρυπίας eorum δόξας non fuisse imbutum, quoniam imo in eius qua extant scriptis, superes-*



Trinitatem esse invisibilem in una substantia divina. Vid. AVGVSTINVS Epist. 112. c.8. inquit: *Invisibilis est enim natura Dei, non tantum Pater, sed & ipsa Trinitas, unus Deus.* Erat quoque fides eorum: Filium apparuisse, non vero Patrem, idque factum fuisse non propter aliquam differentiam naturæ, sed propter ordinis rationem, cum pater veluti radix vel caput Trinitatis sit, adeoque ad apparendum non ita accommodus, ut substituta ei persona secunda (i). Neque majorem mutationem in Logo, cum appareret, cognoscere potuerunt, quam in Patre ipso, cum non visibili specie, sed voce, eum Filium suum unigenitum pronunciaret. Ob hanc itaque rationem AVGVSTINVS lib. 2. de Trinit. Cap. 9. 10. 11. 17. potuisset Arrianis respondere sine assertione ut fecit, quod scilicet in V. T. tota Trinitas apparuis-

set

*se plurima, que ipsa Arrianismi fundamenta radicibus evellunt.*

(i) Quomodo hisce Doctorum loquendi formulis hætenus abusi sint Neo-Arriani, qui præcipue in Anglia hætenus prodierunt, tum ex libro CLARCKII de Trinitate, tum ex WHISTHONI Scriptis apparet, Vid. ipsius

*Account of the faith of the two first centuries, five Expositio fidei duorum primorum seculorum, cuius errores in articulo de Divinitate Christi solide profligavit IOH. FRID. WVCHERER in Vindicis æternæ Divinitatis Jesu Christi: Cui merito addendus CALOVIVS in Examine librorum IOH. CRELLII de uno Deo Patre.*



set (k). Modus enim, quo hæc apparitio Filii Dei efficiebatur, quantum quidem mihi intelligere datum est, hic esse mihi videtur. Assumfit præcipui cuiusdam

(k) Quæstio, quam hæcenus crudite fatis pertractavit TENNISONIVS: An scilicet Filius Patre excepto ad spectabili aliqua vel sensibili specie apparuerit, digna visa fuit olim AVGVSTINO, ut eam toto fere libro *secundo de Trinitate* explicaret. Nec mirum hoc, si consideres, quam perversa tum de æqualitate personarum divortia, inter Doctores Ecclesiæ extiterint. Interim certum est: Doctores Catholicos trium primorum seculorum uno ore omnes fuisse professos: Jesum Christum, hoc est eum, qui postea Jesus Christus dictus est, ante suam ἐνανθρώπησιν, sive ex beatissima Virgine secundum carnem, nativitate, sanctis viris velut in præludium incarnationis suæ apparuisse, Ecclesiæ, quam olim sanguine suo esset redempturus, semper præfuisse, ac prospexisse, adeoque a primordio, omnem ordinem divinæ dispositionis, (ut Tertullianus loquitur) per ipsum decus currisse. Fuisse hanc fidem in Ecclesia

universalem ante Concilium Nicænum, testimoniis IVSTINI MARTYRIS, IRENÆI, THEOPHILI ANTIUCHENI; CLEMENTIS ALEXANDRINI, TERTULLIANI aliorumque, indubium prorsus reddidit GEORGIUS BVLLVS in *defensione fidei Nicenæ*, quæ Arrianis semper sudes in oculis erit, *Sect. I. Cap. I.*, qui & simul, loca illa illustriora, quæ talem apparitionem Filii Dei ante suam ἐνανθρώπησιν evincunt, a frivolis Arrianorum tam veterum quam recentiorum interpretationibus liberavit ac vindicavit. Dicerem quoque: PETAVIVM, Virum alias magni nominis, idem cum BVLLO fecisse in *Dogmat. Theol. Tom. II. Lib. VIII. Cap. II.*, veluti ad quem Autor noster in præcedentibus provocaverat, nisi edoctus essem, PETAVIVM, etsi summam erga Concilium Nicænum reverentiam præ se ferre videatur, fidemque in ea confirmatam utique profiteatur, mentem suam tamen ubique ita exposuisse, ut dicat: Patres



dam Angeli figuram, quoties maximi momenti negotium cum singulari solennitate erat celebrandum; vitalem tamen & personalem unionem recusavit. Quasdam

Ante-Nicænos plerosque, idem cum Arrio sensisse, quemadmodum PFAFFIVS aliique iam dudum animadvertent. Ad Patres vero Ante-Nicænos quod attinet, isti non solum apparitionem Filii Dei in Veteri Testamento unanimiter docebant, sed & maxima eorum pars asserbat: Quoties Deus Abrahamo ac reliquis Patriarchis se ostendisse dicatur, toties Filium Dei exprimi. Rationes, quibus hanc thesin suam fulciebant, erant sequentes.

1) Solum Patrem videri non posse. Hinc ab initio Filium Patris fuisse vicarium, & in Dei nomine & auditum & visum.

2) Patrem quidem nunquam ne specie quidem externa dissimulatum apparuisse. Verbum autem non per se, ac secundum propriam substantiam, sed sub imagine aliqua Veteribus se ostendisse, ne si homo Dei usu conspectuque careret penitus, esse desineret. Si enim ostensio Dei vitam in terra præstat hominibus viventi-

bus, multo magis ea, quæ est per verbum, manifestatio Patris, vitam iis largitur, qui Deum vident, docente IRENÆO, cuius verba adfert PETAUVS L. I. Cap. VIII. §. V. Itaque per verbum, etiam antequam carnem assumeret, importatam hominibus Dei ac Patris notitiam esse, ut vitam illorum tueretur, quæ sine cognitione Dei retineri non potest.

Hæc, inquam, est fides Patrum Ante-Nicænorum, qui hanc προπαρξιν Filii Dei, antequam nasceretur, constanter tuebantur adversus primorum seculorum hæreticos, qui eandem acriter impugnabant. Sed infelici Arrianismo deinceps exorto, cauius loqui didicerunt isti Patres, cum scilicet & ipsi Arriani hanc προπαρξιν quidem concederent, sed ex eo simul periculosissimas necerent consequentias, asserentes: Filium Dei esse creaturam, hinc a Patre toties missum fuisse ad homines, atque a nutu Patris dependisse, quoties hominibus conspiciendum se præbuerit.



dam etiam ex Spiritibus sanctis Ministros habuit. Cum his quam celerrime se movit in aëre, deinde in cerebro, & interdum in cerebro solo. Et in hac sententia

Hoc Arrianorum nequissimo argumentandi pruritu Patres orthodoxi moti sunt, ut a pristina opinione paulatim recederent duce imprimis AVGVSTINO.

Recruduit hæc de apparitione Filii Dei in V. T. seculo superiori, cum inter Theologos Helmstadienses & Saxonicos hac de re contentionis ferra recrocaretur. Ediderat scilicet GEORGIUS CALIXTVS Historiam Josephi, atque dicto Iacobi Patriarchæ, nepotibus suis felicitia quævis sub excessum precantis Genes. 48, 15. has observationes adjunxerat: *S. ATHANASIVS & alii ex antiquis Doctoribus b. l. Angelum magni consilii id est ipsum Filium Dei intelligunt. Sed & extra negotium incarnationis & redemptionis nostræ, quando non agitur de Filio Dei in carnem propter salutem nostram mittendo, sed de rebus longe aliis, v. g. uti b. l. de felicitate temporali his aut illis conferenda, nescio an tutum sit: Filium Dei dicere Angelum vel Nuncium, legatum Mini-*

*strum &c. & annon hoc sit divinitati eius detrabere. Malo itaque hunc Angelum proprie & simpliciter ita dictum intelligere, quod & Chrysostomus fecit Homil. de Ascensione. Huic asserto Calixtino acriter obviam ibant DORSCHÆVS Professor Argentinensis, SCHARFFIVS & ROEBERVS Profess. Wittebergenf. & WELLERVS Theologus Saxonicus. Profitebantur nimirum: Se cum B. LV. THERO, CHEMNITIO aliisque Doctoribus orthodoxis statuere: Angelum illum, qui Jacobo Patriarchæ apparuit Genes. XXXI, II. non fuisse creatum quendam, sed increatum Angelum Fœderis, & æternum Dei Filium. Etenim Angelum illum dici: Deum Bethel, Dominum Jehovah, qui ante in scala cœlesti visibilis fuerat. Testes vocabant Patres Antenicænos, qui idem docuissent. Provocabant ad regulam Basilii M. quæ hæc est: *Quotiescunque vel nomen Jehovah, vel opera divina, vel cultus divinus Angelum in**



tia tanto magis confirmatus sum, ex quo concinentem mihi inveni doctissimum & iudiciosissimum THORNDICK Epit. l. 2. c. 13. p. 90. 91. Si vero quis ex me

*Scriptura tribuitur, ibi intelligendum esse Filium Dei, Angelorum omnium Dominum. Vid. Appendix responsionis adversus acerbum D. GEORGII CALIXTI scriptum, in qua dubia quædam declarantur, & controversiarum capita de notitia Christi & apparitione Filii Dei in V. T. uberius exponuntur. Witteb. 1649.*

Ad me quod attinet, sic animum induco meum, Veritatem in hac controversia a partibus Theologorum Wittebergensium esse, quemadmodum illustriora quædam verbi divini oracula manifestant, prouti deinceps, cum dicta huiusmodi sub incudem revocabimus, uberius elucescet.

Sed litium, quæ circa hanc materiam in Ecclesia subortæ sunt, nondum finis fuit. Nolo nunc mentionem facere eorum, qui de præexistentia animæ Christi, nescio quæ commenta in scriptis suis prodiderunt, ORIGENEM hic presso pede secuti, qui talia iam pridem docuit. Vid. HVETIVS in

*Origenianis l. II. pag. 51. Nominandus inter eos imprimis HENRICVS MORVVS in Mercavai Expositione. IOSEPHVS GLANVILL in Sadduceismo triumphato part. 2. sect. 24, ubi docet: Animam Messæ iam præexistisse tempore patriarcharum, iisque apparuisse. Quibus addendus, qui recentissime hoc dogma in Anglia recoquere voluit EDVARDVS FOWLER Claudio Cestriensis Episcopus in libro, cui titulum fecit: A discourse of the descent of the man Christ Jesus from heaven again from Job XVI, 28. Enimvero quemadmodum D. BOTSACCVS vana hæc somnia de animæ Christi præexistentia iam dudum explosit in dissertat. de Origine animæ Christi Hassn. 1694. habita; Sic præstantissimus Angliæ Theologus WILHELMVS SHERLOCKIVS, EDVARDVM FOWLERVM depexuit in peculiari libro adversus ipsum edito. Ulterius adhuc progrediuntur illi, qui Filium Dei iam in Paradiso*



me quæreret, cuius Angeli formam assumerit, conjecturarer: Ipsum in forma Michae-

ante lapsum Adami, incarnatum fuisse, autumant. Primus in sulcissimæ hujus doctrinæ lineas duxit famosissima ANTOINETTE BOVRIGNON in libro *lapis Lydius* nominato, cuius vestigia PETRVS POIRET, Bourignonæ Discipulus, secutus in *Oeconomia divina lib. II. Cap. 2.* cuius cogitationes sunt sequentes: *Filium Dei, ut eo melius cum Adamo conversaretur, atque ipsum a peccato præservaret, humanam induisse naturam ab ipso Adamo, qui principium fecunditatis in se ipso habuerit, unde sui similes alii prodiissent, corpore assumpto.* Repetit eadem *lib. 3. c. 16.* inquit: *Itaque Deus ille magnus Christus jam ante Adamum lapsum homo factus, ipsemet ad Mosen & Israëlitæ descendebat, & vere ac proprie cum illis loquebatur, atque cum iis ambulabat, per sacratissimam namque humanitatem suam, quæ erat nuncius ille Angelusque & Messias.* Sed quid immoramur diutius recensionem harum ineptiarum, quas retulisse & refutasse idem est. Si quis in-

terim argumenta ista expendere voluerit, quæ hisce insanarum mentium deliramentis a Viris doctis & probis sunt opposita, adeat JÆGERVM in *Examine Theologia nova Controv. 8. p. 96.* & GRAPIVM in *Theol. recens controversa Cap. II. Qu. 20.*

Interim tamen præterire hic non possum lites, quæ nuperrime in Controversia MATYANA exortæ sunt. Cum enim PAVLVS MATY novam dogmaris de S. S. Trinitate explicationem proponeret, atque disparitatem personarum divinarum evincere conaretur, hocce inter alia pro stabilienda sua sententia usus est argumento, ut diceret: *Angeli scilicet nomen, quo toties Filius Dei in V. T. insignitur, finita natura iudicium esse, tributas vero eidem Angelo infinitas affectiones, necessario illius divinitatem arguere.* Huic asserto Matyano sese opposuit Vir omni nostra laude major MOSHEMIVS, quem sincere veneramus, in *modesta inquisitione systematis Matyani* non ita pridem edita. Sed

C



chaelis Archangeli apparuisse, quem  
Ebræ-

ita jugulum adversarii petere conatur, ut doceat. Non dum extra omne dubium positum esse, an loca ista Scriptura, qua apparitionem Filii Dei in V. T. arguunt, de Angelo creato vel increato debeant intelligi. Provocat ad AVGVSTINVM, LVTHERVVM, BRENTIVM, CALIXTVM, qui loca ista de Angelo creato sunt interpretati. Elucescere hinc inquit, liberum cui vis relinquendum esse, cui potissimum parti se adungere velit. Addit: Et quamquam in plurimis sacra scriptura Oraculis ejusmodi verba & attributa Angelo isti apparenti tribuantur, qua alias non nisi Summo Deo competunt, mirum hoc tamen non esse illis, qui consuetudinum humanarum prorsus non sunt expertes. Solent enim, inquit, qui legationibus funguntur, aut ad dicendum jus subditis vocati sunt, non certe aliter, quam si ipsemet Princeps loqueretur, sermonem instituere, idque ea de causa, ut non propria, sed a Principe recepta potestate sese uti, ideoque eandem verbis suis reverentiam debere indicent, qua ipsius principis decreta excipiuntur. Similiter Angeli, ut non sua, sed

ipsius Dei auctoritate insignitos se accedere, non sua sed a Deo injuncta mandata ad homines ferre, ostenderunt, loquendo forte Dei personam induunt. Etsi nunc quidem quam certissime persuasus sum: Virum longe doctissimum talia animo veritatis celestis amantissimo protulisse, quam plures tamen ad sunt rationes, quo minus sententiæ ipsius accedam. Concedo quidem: Viros in Ecclesia summos idem dixisse, quod tamen de LVTHERO ubi vis dictum nolim, quippe cujus explicationes in Genesis contrarium evincunt. Ad est tamen a partibus meis consensus universalis doctorum Ecclesiæ primorum, qui in historia doctrinæ configuanda plane non contemnendus, prouti bene judicat STILLINGFLEET in *Examine Concil. Trident.* & HENRICVS DODWELLVS in *Dissert. in Irenæum*. Accedit: Codici Sacro prorsus consentaneum non esse, Angelum creatum ita loquentem sistere, quemadmodum nemo, nisi ipse Deus loqui solet & potest. Largior: Angelos quam sæpissime summi Numinis legatos ad homines fuisse. Concedo hosce legatos celestes nonnunquam



## Ebræi principem facierum, vel principem

C 2

præ-

jussu & nomine Domini Zebaoth mortalibus voluntatem divinam patefecisse, quemadmodum principes per legatos subditis suis mandata sua manifestant. Sed non affirmo; Angelum creatum unquam ejusmodi proprietates sibi vindicasse & loquendi formulas adhibuisse, quæ nemini creaturarum, nisi Enti perfectissimo competunt. Sane rationem non video, cur ea propter Angelus Jehova vocari possit, quoniam est Jehovæ legatus. Quis enim legatum sui Regis nomine vocatum unquam & esse audivit? Si qui v. g. olim, cum legatum Cæsaris Augusti videret, dixisset: Ecce Cæsarem Augustum Imperatorem Romanorum! Quis illum hominem, tam insolenter obscuroque loquentem, intellexisset? Nonne omnes in eam suspicionem essent adducti, aut joculari hominem, aut ipsum Imperatorem adesse, si ante nunquam illum vidissent, aut confestim monerentur, non Imperatorem, sed Legatum ipsius illius adesse. Eodem modo, cum toties in Sacra Scriptura dicatur: Angelum apparentem sibi nomen Jehova, aliaque

Deitatis attribura vindicasse, quis tandem de Legato illius saltem cogitare potuit, præsertim, cum ne verbulo quidem de Legato moneatur. *Vid. ELSNERI dissert. de Legge MOSIS per Angelos data,* qui hanc veritatem ulterius tuetur. Arbitror itaque, prorsus necessarium non esse, ut in gratiam eorum, qui mysterium Trinitatis quovis modo labefactare student, argumenta ista, quæ veneranda antiquitas pro adstruenda divinitate & præexistentia Filii Dei contra Arianos adhibuit, deseramus, ne divinitatis Servatoris nostri hostes inde ansam arripiant, hancce Religionis nostræ veritatem fundamentalem ulterius debellandi. Nonne quamplurima Scripturæ dicta exiant, quibus itidem Anti-Trinitarii abutuntur, ad demonstrandam nescio quam Filii Dei subordinationem. Quis vero est, qui ea propter hæc dicta e sacro Codice eliminanda esse autumat, aut arma deserat, quæ ex ejusmodi dictis sumi possunt. Concludo verbis doctissimi VITRINGÆ: *Certe ita persuasi sumus, Angelum Jehovah hoc titulo mystico in Scriptura V. T. notatum, evidentibus di-*



præsentia vocant (1). Per Filium Pater fecit mundum **IGNATIVS** *Epist. Interpol. ad Philadelph. p. 186.* & quid si dicam: & gubernavit mundum per λόγον proprium id est verbum. In Deo enim non concipimus distincte hunc agendi modum, sed eum saltem

vinitatis vere characteribus insigniri, ut vel descendum sit: Deum gloriam suam cum Non-Deo communicasse, vel in hoc Angelo agnoscendus & adorandus ab Ecclesia sit verus & proprius Dei Filius. vid. *Ανακλις Apocal. Joh. p. 537.*

(1) Bene agit Autor noster, cum hanc suam sententiam saltem ut probabilem exhibet. Rationes, quibus muniri hæc opinio possit, non attulit, nec ego facile assequor. Hoc saltem monco: Maxime vero simile esse, per Archangelum Michaëlem, quoties in Sacro Codice fit mentio, ipsum Dei Filium denotari. Etenim 1) Michaël dicitur **השר הגדול** Princeps magnus sive maximus *Dan. XII, 1.* sicut vox **גדול** sæpius hoc sensu occurrit. Vid. **STOCKII** *Clavis linguæ S.* Quid quod Christus alibi similia elogia refert, *Es. IX, 6.* **שר שלום** princeps pacis *Jos. IV, 14.* **שר צבא יהוה** princeps exercitus domini *Conf. Coloss. I, 10. Apoc. I, 5.*

2) Observatu omnino dignum est, Angelos creatos sollicite distingui ab increato Michaële *Dan. X, 10. 13. 18. 21. XII, 5.* Vid. **LANGII** *Apocalypsisches Licht und Recht fol. 119.* Possem hoc 3) ex vestitu, quo indutus Michaël apparuit, & qui plane Majestaticus & Symbolicus fuit *Dan. X, 5.* comprobare, nisi hæc omnia præstitisset Vir clarissimus **ERNESTVS FRIDERICVS NEVBVR** in disert: *de Michaële Archangelo non creato sed creatore Jesu Christo §. IX.* Qui simul tum ex nomine Archangelus, tum ex voce **מיכאל** argumenta pro roboranda sua opinione attulit. Quanquam enim Interpretes plerumque nomen **מיכאל** verterint: *Quis est sicut Deus?* maluit tamen Vir doctus hoc nomen ita transferre: *Quis est sicut hic Deus?* Ex quo elucet: Christum hoc ipso ab omnibus reliquis Diis falso sic creditis quam maxime distingui.



tem ex generaliori quadam notione voluntatis ejus & imperii interpretamur. Si itaq; assererem: Filium semper operatum fuisse in nomine patris, unum idemque profiterer, quod TERTVLLIANVS jamdudum affirmavit *lib. 2. cont. Marcionem*, quando inquit: *Profitemur Christum semper egisse in Dei Patris nomine. Et adv. Prax. sect. 16. Filius visus est semper, & Filius conversatus est semper, & Filius operatus est semper auctoritate & voluntate Patris.* Atque simul anathema evito, quod Patres Concilii Syrmienensis in eos vibrarunt omnes, qui non confiterentur, quod *Filius patri in creatione ministraverit, & affirmarent, quod cum Deus diceret: Faciamus hominem, Pater non cum Filio, sed secum ipso locutus sit.*

## §. VII.

Quapropter cum Deus in V. T. apparuisse dicitur, in errore videntur esse, qui eam Dei apparitionem Angelo, Dei personam referenti, adscribunt, non autem secundæ personæ veluti Schechinæ, &c. ut TERTVLLIANVS *adv. Prax. sect. 24.* loquitur: qui refert Patris imaginem. Hunc in finem crebro observatum est ab aliis, meoque instituto convenit, ut jam idem repetam, sæpissime, in paraphrasibus Judæorum antiquis, verbi Dei mentionem factam esse. Nec vim huius observationis



enervat, quando id, quod verbum interpre-  
tamur, per *ego* aut *tu* aut *ille* explicamus.  
Quædam enim loca alium sensum admit-  
tere nolunt, & ipsi Judæi ita sæpissime lo-  
quuntur & frequentem mentionem τῷ λόγῳ  
vel Verbi patris faciunt. PHILO admodum  
frequens est in memorando divino Logo  
tanquam substituto, & imagine Dei invisibi-  
lis, quemadmodum ex libro de confusione  
linguarum cognoscimus. *Res est, inquit*  
PHILO in lib. 20, 2. *dulcis & excellens, si so-*  
*cietas & scientia Dei conjungitur cum desi-*  
*derio eum videndi. Id si fieri nequit, con-*  
*tenti simus imagine ejus sancta, nempe ver-*  
*bo ejus.* Verba hæc EVSEBIVS asterisco  
digna judicavit *de præparat. Evang. l. II.*  
*cap. XV.* Idem Judæus τὸν λόγον sæpe um-  
bram aut effigiem Dei nominat, addit-  
que: *Deum omnipotentem eo usum esse,*  
*veluti suo instrumento in condendo mundo.*  
Equidem PHILO sæpe per λόγον mundum  
ipsum intelligit, qui magnitudine, ordi-  
ne & elegantia, potentiam sapientiam &  
bonitatem Dei accurate declarat. Nihilo-  
minus tamen verum & manifestum est,  
quod loquatur de Logo hujus inferioris  
Logu ita, ac de ipso factore & governa-  
tore ejus. Hinc in libro de Opificio mun-  
di θεῖον λόγον καὶ θεῶν λόγον verbum Dei &  
verbum divinum appellat εἰκόνα θεῶν ima-  
ginem



ginem Dei, & porro de eo dicit, quod sit  
 ὑπερθεάνιον & ἀσής, πηγὴ τῶν αἰσθητῶν ἀσέρων  
*fidus supra caelum & fons omnium sensibilibium*  
*(vel visibilibium) luminarium.* Pagina præce-  
 dente dixerat: *Quod mundus sit imago ima-*  
*ginis, vel exemplar archeypum verbi Dei (m)*

C 4

SECTIO

(m) Addere hisce, quæ  
 Autor noster e PHILONE  
 differuit hætenus, nonnulla  
 placet. Multa scilicet hæte-  
 nus de vocibus מִמְרָא &  
 λόγος inter eruditos sunt  
 agitata. Vocem מִמְרָא  
 penes Targumistas semper  
 Messiam denotare, olim ne-  
 mo fere erat, qui dubitaret,  
 usque dum anno 1639. D.  
 GEORGIUS VECHNERVS  
 in concione quadam, qua  
 Cap. I. Johannis lucem quan-  
 dam affundere conabatur,  
 hoc argumento adversus Dei-  
 tatis Christi hostes strenue  
 uteretur. Hinc SCHLICH-  
 TINGIVS animadversiones  
 quasdam contra VECHNE-  
 RVM in lucem publicam  
 emittebat, in quibus demon-  
 strare moliebatur: מִמְרָא  
 apud Targumistas, nil nisi  
 attributa, proprietates &  
 operationes divinas deno-  
 tare. SCHLICHTINGIVM  
 hunc presso pede sequeba-  
 tur Anonymus quidam in  
*disputat. de Verbo vel Ser-*  
*monis Dei, cujus mentio fit*

*apud paraphrastas Chaldaeos,*  
 quam VOISINVS animadver-  
 sionibus suis stipatam in pu-  
 blicum prodire jussit. Multum  
 deinde in hoc argumento ex-  
 planando defudarunt tum  
 Autor ANONYMVS, qui  
*Platonismum detectum pu-*  
 blici juris fecit, tum JO-  
 HANNES CLERICVS pas-  
 sim in notis Versioni Galli-  
 cæ N. T. adjectis. Uter-  
 que in id incumbit, ut osten-  
 dat: Vocem λόγος e scho-  
 la Platonica ad Ecclesiam  
 Christi fuisse translata, a  
 deoque in sensu Platonico  
 a Johanne aliisque Aposto-  
 lis usurpatam, ut nihil aliud,  
 quam vel proprietates quas-  
 dam divinas, vel Angelum  
 quendam creatum denotet.  
 Peculiaris hinc enata est in-  
 terpretatio, quam CLERI-  
 CVS Socinizans in medium  
 attulit ad illustrandum lo-  
 cum *Matth. VIII, 8.* Dici-  
 tur ibidem: Centurionem  
 quendam, Christum ita fuisse  
 allocutum: Ἐἶπε λόγῳ καὶ  
 ἰαθήσεαι ὁ παῖς μου.



C A P V T III.  
De Schechina Dei ab Adamo ad Noachum.

§. I.

**H**æc Dei Schechina atque hicce Dei auxiliator condidit Adamum, & is, qui ipsi essentiam dedit, contulit ipsi simul, prouti

Enimvero quid CLERICVS hic per vocem λόγος denotari censet? Arbitratur, per λόγον Angelum intelligi, ad quem Servator, ut diceret de sanando puero, Centurionem efflagitasse. Vid. *Not. Clerici ad Vers. Gallic.* Sed hæc luxuriantis ingenii figmenta erudite & solide refellit GODOFREDVS OLEARIVS in *Observat. ad Matth. p. 245.* Equidem Vir Beatus ulro fatetur: In scriptis Platonis atque Plotini; quam sæpissime per λόγος intelligentias & Angelos denotari, quemadmodum hoc SANDIVS in *dissertat. Περί τῆς λόγος* demonstravit. Imo largitur OLEARIVS adversariis: Et Gnosticos per λόγος Angelos intellexisse. Inter a tamen solide evincit: Nunquam hanc vocem in Codi-

ce Sacro, ne quidem in iis S. Scripturæ libris, qui ante Philonis tempora fuerunt consignati, hoc sensu usurpari. Sed quæ de hac materia amplius afferri possent, legas penes H. WITTSIVM in *Exercitat. Academicis Decad. IV. περί τῆς λόγος*, LAMY in *Commentar. in Concordiam Evangel.* annot. ad libri secundi initium, ubi de voce λόγος ex instituto differit. ALLIXIVM in *Auspruch der alten jüdischen Kirche wider die Unitarios*, qui omnes in hoc argumento abundant, & satis luculenter probant per λόγον sive נִמְרֵם, in scriptis Judæorum nil aliud, quam æternam Dei sapientiam, id est Filium Dei innui. Quibus addendus BARRATTIER *contra Artemonium part. II.*



prouti vero simillimum est, cognitionem  
ejus. Ita enim patres illud Johannis in-  
terpretantur: *Verbum erat Deus. Illud  
vel ille erat lux vera, quæ illuminat omnem  
hominem venientem in mundum.* Vid.  
ORIGENES *Comment. in Johan. p. 25.* Et ita  
exponendus est JUSTINVS MARTYR,  
quando loquitur de cognitione Dei in So-  
crate per verbum facta *Apol. 1. p. 48. &  
Apol. 2. p. 56.* (a) non existimat, illum  
C 5 pro-

(a) JUSTINVS MAR-  
TYR l. c. in eo versatur, ut  
demonstret: Male omnino  
novitatem doctrinæ Chri-  
stianis a Gentilibus objici,  
cum ejus Autor sit Christus  
primogenitus Dei Filius.  
Rationes, quas ad hanc suam  
thesin corroborandam in me-  
dium affert, sunt sequentes,  
primogenitum Dei Filium  
esse λόγον verbum sive po-  
tius rationem, cujus sit par-  
ticeps univèrsam Genus hu-  
manum, atque proinde non  
hodie atque heri cepisse exi-  
stere Christianos in mundo,  
sed a principio semper &  
ubique existisse. Christianos  
enim censeri debere,  
quicumque μετὰ λόγον cum  
ratione vitam instituerint,  
quales fuerunt, inquit, apud  
Græcos Socrates & Heracli-  
tus, inter Barbaros Abra-

ham, Ananias, Azarias, Mi-  
sael, Elias & alii multi. Si-  
milis locus extat in *Apolog.*  
I. ubi sequentia Justini Mar-  
tyris juxta versionem Lan-  
gianam leguntur: *Christus  
etiam a Socrate ex parte est  
agnitus. λόγος enim ra-  
tio sive sermo erat atque  
est, qui est in quovis homi-  
ne, & ille est, qui partim  
per prophetas futura pradi-  
xit, partim per seipsum do-  
cuit &c.* Non solus est  
JUSTINVS MARTYR, qui  
inter Doctores Ecclesiæ pri-  
mævos talia docuit. Sen-  
tit idem ORIGENES l. I.  
contra Celsum, inquiens.  
*Non est mirandum, eundem  
Deum, eorum, quæ per Pro-  
phetas & Servatorem do-  
cuit, semina indidisse o-  
mnium mortalium animis,  
ut in divino judicio omnis*



proprie Christianum fuisse, putat saltem fuisse illum ejusmodi principiis religionis imbutum, qualia & Christianismus probat, derivanda ea esse a λογω vel a verbo Dei, quod mundum, & in eo hominem creaturam rationalem fecit. Huic scilicet Socrati apparuit æque ac aliis, qui prodierunt ab eo, simulque suppetias tulit menti, quamprimum ea in crassiore regione phantasmatum corporalium sedem fixit.

## §. II.

*homo sit inexcusabilis, habens mentem legis scriptam in corde suo. Spectat eodem, quod TERTVLLIANVS libro de Anima Cap. II. postquam enim dixisset: plane non negabimus aliquando philosophos juxta nostra sensisse, hæc subjungit: Natura pleraque suggeruntur, quasi de publico sensu, quo animam Deus dotare dignatus est. Apparet hinc, Doctores hosce fuisse persuasos, ante Christi adventum & Judæos & Græcos, qui secundum rationem viverent, Christianos fuisse atque proinde salvatos. Imo hominem λογικόν dici, id est rationalem, sive ratione præditum, quia parriceps est λόγῳ aut verbi, quod est*

Christus. Quis autem est, qui hic non animadvertat, patres hosce res plane diversas λόγον scilicet, ἑστῶδῃ & ὑποστατικόν i. e. adorandam S. S. Trinitatis personam secundam, & λόγον sive rationem humanam manifesta & profus periculosa homonymia confundere. Profecto λόγῳ ille Ἐνυπόστατος solis notus est iis, quibus Scriptura S. innotuit. Totus Christus mysterium est, omni rationis captui imperscrutabile, Caro & sanguis hoc nemini revelat. Conf. *Tom. I. Observat. Hallens. obs. IX. p. 174.* & CASAVBONVS in *Exercitationibus Anti-Baroniana- nis Exercit. I. p. 5.*



## §. II.

Adamo quoque Logos apparuit (an dicam in forma hominis, vel in splendida nube, quæ in paradiso simul cum vento esurgebat, ipse nescio) & interrogavit voce majestatica de subditis suis rebellibus.

(b) Quod hic autem fuerit Filius Dei, innuit Targum Onkelosi. Mosis verba *Genes. III, 8.* hæc sunt: *Et cum protoplasti audirent vocem Domini Dei.* Quæ Onkelos ita reddit: *Et audiebant vocem Verbi Domini Dei.* Ex autoribus quidem Christianis citandi veniunt TERTULLIANVS *adv. Prax. sect. 16. p. 509.* HILARIUS PICTAVIENSIS *de Trinit. l. 1. p. 315.* & THEOPHILVS ANTIOCHENVS *ad Autol. p. 99. 100.* cujus verba ita accommodata sunt ad nostra, ut translatio-

(b) Conjectura hæc, quam profert TENNISONIVS, videtur Textui Originali plane contraria. Certum est, hanc apparitionem divinam protoplastis factam modo prorsus majestatico contigisse, & si dicendum quod res est, Deum inter tonitrua & fulgura ipsos fuisse allocutum: *Adam ubi es?* probo hæc ex verbis Moisaicis, quæ hæc sunt: *Et audiverunt vocem Dei instantem in horto ventum diei*

*versus.* Ubi per vocem Dei vox articulata intelligenda non est, cum protoplasti antequam verba ista audirent, non vocem quandam articulatam, sed קול יהוה i. e. sonitum vehementem & terribilem perciperent, cujusmodi sonus tempore procellæ ingruentis, & quæ tonitru & fulgure concomitatur, auditur. Sic tonitru diversis in locis sacri Codicis expresse vox Domini appellatur, *Pf. XXIX, 3. Job.*



tionem eorum non possim non ad-  
 gere. *Objicies* inquit THEOPHILVS,  
 quod doceam: Deum circumscribi non  
 posse, quod autem dicam simul: Deum  
 ambulasse in paradiso, audi nunc, quid  
 respondeam ad hanc objectionem. Deus  
 itaque est Pater omnium rerum, neque in-  
 clusus est in loco, neque repertus in eo.  
 Non enim talis extat locus, in quo Deus  
 hac ratione habitare possit. Interim ver-  
 bum ejus, per quod produxit omnia, quod  
 potentia & sapientia patris ipsius est, &  
 per-

XXVIII, 26. Hæc vox erat  
 יהוה ambulans in hor-  
 to, quod non de voce arti-  
 culata, sed de tonitru so-  
 num excitante dici potest,  
 qui nimirum in nubibus gra-  
 datim veluti procedit ab una  
 eccli parte ad alteram. Ita  
 verbum יהוה sumitur *Exod.*  
*IX, 23. Ps. 77, 18.* de to-  
 nitru & fulgure. Ad sunt alia  
 Scripturæ loca, quæ hanc  
 verborum Mosaicorum exe-  
 gesin illustrant corroborant-  
 que. Sic *I. Reg. XIX, 12.*  
 legimus: Post ventum pro-  
 cellosum sonitumque Deum  
 adfuisse. E procella, ful-  
 gure & tonitru intermixta,  
 Deus Jobum alloquebatur  
*Cap. XXXVIII. 11.* Visibi-  
 lem Spiritus S. effusionem  
 super Apostolus ingens con-

cussio & motus tanquam a  
 vehementiori vento excita-  
 tus, præcedebat, veluti ad-  
 venturi Dei prænuncius, quo  
 ἐσαλέθη commotus est lo-  
 cus iste, in quo cum Apo-  
 stolis congregati erant reli-  
 qui credentes. Ingens terræ  
 motus signum erat præsen-  
 tiæ e sepulchro suo Christi  
 resurgentis. Pluribus hæc il-  
 lustrant DEYLINGIVS *ob-*  
*servat. sacr. part. III. Obs. I.*  
 & RAMBACHIVS *in H. E.*  
*V. T.* Ejusmodi procellam  
 protoplasti forsan nunquam  
 antea audiverant, nunquam  
 viderant, hinc eo magis  
 terrefacti, cum vox Domini  
 loquentis ex hac procella  
 accederet, qua simul coram  
 tribunali divino comparere  
 jussi sunt.



personam patris refert, venit in paradysum sub persona, & locutus est cum Adamo, qui in Scriptura dicitur, audivisse vocem Dei: Ecquid autem vox Dei aliud est, quam ipse λογος vel verbum Dei, quod idem est ac ipsius Filius. (c)

## §. III.

Postquam Adamus ex paradiso esset expulsus, λογος instituit speciem quandam Schechinæ sub forma Angelorum, qui viam ad arborem vitæ custodirent. Hos statuo fuisse Cherub & Saruph quendam, & posteriorem qui Angelus fuit juxta Maimonidem More Nevoch. P. 1. Cap. 49. p. 73. credo indicari per gladium flamman-tem & utrinque versatilem. Versatilis enim Seraphi cauda vel serpens instar flammæ se movens, haud inepte appellatur. Atque hic conceptus, cum postea de Urim & serpente æneo, meam sententiam proposuerim, plenius cognosce-  
tur.

(c) Filium Dei in paradiso hominibus apparuisse adfirmant JUSTINVS MARTYR in *Dialogo* cum TRYPHONE *Judæo* & IRENÆVS, TERTVLLIANVS, CLEMENS ALEXANDRI-  
NVS aliique. Verum cum is, qui hic apparuit, & de inimicitia inter mulierem & serpentem constituenda egit,

imo de semine mulieris, caput serpentis contrituro, ceu de distincta persona loquatur, multo verisimilius videtur, Dei patris hic innui personam, ita ut ad eum τῆς οἰκονομίας ratio in causa salutis referatur. Vid. CALOVIVS in *Comment. in h. l. p. 387.*



tur. Verumtamen qualisqualis hæc propositio sit, non est tamen tam vana, quam Pseudo-Anselmi sententia, qui vult, paradisum muro igneo fuisse circumdatum. (d)

## §. IV.

(d) Per Cherubim THEODORETVS intelligit spectra & terribiles animalium formas. Rectius CHRYSOSTOMVS & AVGVSTINVS interpretantur Angelos bonos, quos Moses populo Israëlitico hoc nomine voluit indicare, quia Figuræ illæ dux Angelorum ministerium repræsentantes, in operculo propitiatorii, Cherubim appellantur. De forma horum Cherubimorum multa inter Interpretes disceptantur. Extra dubium interea est, figuram hic aliquam ac formam fuisse conspectam, quandoquidem scriptor sacer mentionem facit gladii instar flammæ agitati, ut ut ceteroquin altum silentium sit, quali figura isti Cherubim apparuerint, flammamque gladii formam referentem in tot diversas partes agitarint. Audiamus interim M. JOH. GVILIELMVM HICKIVM, qui in *Exercitatione de Cherubim Paradisi* argumentum hoc uberius illustravit. Inquit ille: *Quantum ex accuratioribus* כְּרוּבִים *consideratione*

*augurari licet, a vero non usque alienum erit, statuere: Formam horum Cherubim, ad similitudinem illorum, quos Moses in monte Sinai conspexit, ac ex mandato divino in arca fæderis efformari calarique curavit, quam proxime accessisse: Si quidem Moses in præsentis nostro oraculo de his Cherubim Paradisi, tanquam de iisdem, ac quoad figuram externam satis jam notis loquitur, ut adeo copiosa illius descriptione supersedeat. Id enim nobis persuademus, unumquemque facile esse admissurum, quod a verisimilitudine minime abhorreat: Mosén Geneseos historiam una cum reliquis libris in deserto contexuisse, postquam tabernaculum cum omni suo apparatu esset extructum. Argumentamur hinc: Formam Cherubimorum, que Paradiso præfuerunt, formam puerorum habuisse, quia sub hac specie plerumque hominibus tum in V. tum in N. T. conspiciendos sese præbuerunt, & Cherubim in san-*



## §. IV.

Succedente tempore, cum Cain & Abel sua Deo offerrent sacrificia Eucharistica, Filius Dei iterum apparuit velut Schechina Dei; atque testatus est gratiosam acceptionem sacrificii Abelis, dum radium quendam ex gloriosa præsentia emittebat, eundemque resumebat; Caino contra monstrabat, displicere sibi ipsius sacrificium, dum nullum, ut conjicio, radium emitteret in sacrificium ejus, aut prohiberet

*Quariorum ita formati erant, prouti ex 2. Paralip. Cap. III, 10. apparet. Dicitur enim: Salomonem illos elaborasse מעשה צעצעים i. e. opere puerorum, quam interpretationem approbat KIMCHI, SANTE SPAGNINVS, ARIAS MONTANVS aliique. Hactenus HICKIVS. Enimvero etsi facillime largiar, formam Cherubimorum fuisse formam puerilem & fabricatam fuisse juxta typum in monte conspectum, dubium tamen hoc remanet: An scilicet vox צעצעים recte vel a Judæorum Magistris vel ab Interpretibus Christianis fuerit translata. Siquidem alii, inter quos BECKIVS, FORSTERS & BVXTORFFIVS sunt, hanc vocem a*

radice צעה *movit deducunt, ita ut צעצעים idem sit ac opus mobile, quod in utramque partem moveri potest, quod & cum loco isto e paralipom. allegato satis convenit, si consideres v. 23. describi Cherubim ut tales, qui pedibus suis propitiatorio insistentes, fuerint conspicui. Sed quid inter tot opinionum voragines hic certi statuendum sit, non video. Magis extra dubium positum est, flammam gladii, aut flammam gladiatorum, quarum Moses meminit, literaliter esse accipiendas, quæ assertio autoritate antiquissimarum versionum nititur & B. LVTHERO fuit probata in Commentar. in b. 6.*



beret, quo minus fumus versus cœlum adscenderet. (e) Atque cum hac conjectura convenit versio Theodotionis, quæ ita: ἐπέβλεπεν ἐπὶ τὰς θυσίας Ἄβελ καὶ ἐνέπρησε *Dominus respexit sacrificia Abelis atque eo accendit.* Hic antiquissimus per ignem respondendi modus videtur, cujus obscuros quosdam characteres animadvertere licet in igne, qui pervadebat partes sacrificii Abrahamici *Genes. XV, 17.* Multo dilucidiora adhuc vestigia hujus respondendi modi videmus in controversia Eliæ cum Prophetis Baalis, quos vicit per hoc signum, atque triumphavit de falsis Diis, (f) quos

(e) Communis hæc quidem, sed omnium maxime vera sententia illorum videtur, qui statuunt: Testimonium hoc Dei fuisse ἐμπυρισμὸν. Sic HIERONYMVS *Tradit. Ebr. in Genesim.* Unde scire poterat Cain, quod fratris ejus munera suscepisset Deus, nisi illa interpretatio vera esset, quam Theodotion posuit: *Et inflammavit Dominus super Abel & sacrificium ejus. Ignem autem ad devorandum solitum venire de Cælo.* Eandem sententiam fovent CYRILLVS ALEXANDRINVS, PROCOPIVS plerumque veterum. Cum Theo-

dotione quoque faciunt nonnulli Judæorum Magistri. Argumentum, quo hæc interpretatio ulterius probari potest, subministrat nobis tum historia sacrificii Aaronici *Levitic. X.* tum Gideonis *Judic. VI.* tum Davidis *I. Chron. XXI.*

(f) *I. Reg. XVIII, 38.* de quo loco imprimis notandum vocem ענה vertendam esse per respondere ita ut sensus sit ויענה באש מן ערל respondit ipsi per ignem a cælo. In dedicatione Templi Salomonæi idem eveniebat *2. Chron. VII, 1.* Liquec hinc: Respondere per ignem, & dimittere ignem Jehovæ



quos illi vanis verborum repetitionibus  
strepitibusque invocabant.

## §. V.

Nullus dubito, quin Deus complures  
alios apparitionis Schechinæ modos, præ-  
ter eos, quos enumeravimus, imprimis  
Adamo & Abeli fuerit largitus, antequam  
summam indignationem suam malignis  
hominibus per diluvium Noachicum  
ostenderet. Verum numerosi rerum iis  
temporibus gestarum catalogi deside-  
rantur.

## CAP.

idem esse. Sane nec ipsos  
Gentiles hujus ἐμπυρισμῶν  
ignaros fuisse, patet. Sive  
enim hunc ignem Sacerdo-  
tes fraudulenter finxerint,  
sive Satanas, Deo sic permit-  
tente, eundem produxerit,  
creberrima ejusdem vesti-  
gia inter Gentes reperiuntur,  
quemadmodum ex SVETO-  
NIO, PLINIO aliisque  
monstravit SNABELIVS in  
*Amœnitat. Theologic. p. 118.*  
Nil clarius profecto in hac  
causa dici potest, quam quod  
legitur in *SERVII Comment.*  
*ad Virgil. Aeneid. XII: Apud*  
*Majores ara non incende-*

*bantur, sed ignem divinum*  
*precibus eliciebant, qui in-*  
*cendebat altaria. Cui simile*  
*quicquam occurrit penes*  
*HOMERVM Iliad. II. v. 354:*  
*Jovis fulgor ad dextram si-*  
*gnum favoris ejus. Conf. Iliad.*  
*X. v. 236. 237.*

Sic fœdera per ignem cœ-  
litus demissum sancita fuisse  
memorat VIRGILIUS:

*Audiat hæc Genitor, qui*  
*fœdera fulmine sancit. Æ-*  
*neid. XII. v. 200.*

Merito hinc concludimus,  
originem hæc debere ἐμπυ-  
ρισμῶν, de quo in sacris  
tam frequenter legimus.

D



CAPUT IV.  
De Schechina a Noacho  
usque ad Mosen,

§. I.

Cum Deus per iræ suæ declarationem, nempe per diluvium, non ea, quæ volebat, in Chamo efficeret, tum ex summa justitia, ut ego quidem arbitror, Schechinam suam gloriosam ab eo & posteris ejus, qui pravitatem æque ac nomen ejus propagabant, removit: Chamus itaque & progenies ejus, vanitate animi prorsus abrepti, primo loco quidem Solem ut sedem Deitatis adoraverunt. Sol enim objectum erat, quod Schechinæ Dei proximum, quod menti hominis imaginem maxime venerandi splendoris imprimit, quod etiam uti videtur simillimum flammæ Schechinæ, quæ olim apparuerat (a). Siquidem tam gloriosus erat

(a) Quamplures adsunt rationes, quæ homines post diluvium viventes commoverunt, ut solem, lunam cæteraque corpora cœlestia cultu divino prosequerentur, inter quas tamen ea, quam Autor noster hic affert, primum sine dubio locum obtinet. Placet interim hic

addere: Nullam fere Deitatem inter gentes fuisse cultam, quæ non aliquem respectum ad solem vel lunam habuerit, quemadmodum GISBERTVS CVPERVS luculenter monstravit in *Harpocrate* p. 87. & 108. Conf. etiam MAIMONIDES in *Morre Nevochim part. III, cap. 30.*



erat iste planeta in oculis Manichæorum in sequentibus seculis, ut eum fuisse existimarent sedem Christi post adscensionem & domicilium cœlestē.

§. II.

Conjectura mea jam effeci, genus istud idololatriæ studio promotum fuisse, atque durasse usque ad ædificationem turris Babylonæ. Sed Schechina Dei, ut reprimeret propositum illud impium, apparuit in eo loco. Cujus rei argumentum sumit NOVATIANVS *de Trinit. cap. 25.* ex verbis *cap. XI. Genes Descendamus &c.* Non poterat, inquit, esse Deus Pater, quia essentia ejus non est circumscripta, nec Angelus, quia dictum est *Deuter. XXXII, 8.* quod Altissimus diviserit gentes. Erat itaque is, qui descendit, ille, de quo Paulus dicit: *Qui descendit, idem est, qui ascendit supra Cœlos universos.* Atque ita versio Arabica: *Angeli descenderunt Genes. II, 5.* intelligenda est de illa parte Schechinæ, cujus negotium est, obire ministeria Filii Dei.

D 2

§. III.

Credebant scilicet homines, Deum habitare in ejusmodi corporibus, majestate quadam plenis. Discimus hoc

ex PLATONIS *Epinom.* qui asserit: *Justum omnino esse, cælum cum omnibus Diis atque demonibus adorare.*



## §. III.

Dum Deus ita iratus erat progeniei Chami, placuit ei Schechinam, non quidem ut beneficium quotidianum, dare sancto semini, ex quo Filius ejus, tunc nondum incarnatus, carnem sumere debebat. Cujus rei illustre argumentum nobis præbet apparitio, qua Deus Abrahamum beavit, qui Schechinam Dei crebro intuitus, atque hac ratione familiariter cum eo conversatus est. Tanta erat Judæorum ignorantia & summa malitia, ut adversus Dei Filium insanirent, qui profitebatur, se jam extitisse ante illum Patriarcham. Cadunt ejusmodi homines sub gravem sententiam Concilii, quod Syrmii fuit coactum, in urbe quadam Pannoniæ inferioris, ubi Episcopi Orientales condiderunt symbolum contra Photinum, qui animo prorsus hæretico asserere ausus est: Christum, antequam natus esset e Virgine, non apparuisse. In hoc symbolo propositio quædam est, cujus verba hæc sunt: *Quicumque credit, quod Pater ingenitus solus visus fuerit ab Abrahamo, & Filius non iterum, anathema esto.* Vid. SOCRATES *lib. 2. cap. 30.* & HILARIUS *Pictaviensis de synod. p. 373.* & ATHANASIVS *de synod. p. 693.* Caput secundum



dum Historiæ Ecclesiasticæ EVSEBII integrum verlatur circa præexistentiæ Christi probationem. Idem urget in *Demonstratione Evangelica lib. V. c. 9.* ubi inter alia complura exempla & hoc affert, quod Deus omnipotens Abrahamo se ostenderit semel per Filium suum in forma hominis sub quercu Mamre, quia Schechima, in speciali splendore suo, ad breve tempus se subtraxerat (b).

D 3

§. IV.

(b) Odit Deum Abrahamo apparuisse sacre literæ testantur. I) In Ure Chaldæorum *Genes. XII, 1. Act. VII, 2.* II) Prope Sicheum ad quercum Mamre *Genes. XII, 6. 7.* III) in Bethel *Genes. XIII, 3. 4.* IV) Quando ipsi promittebat Filium hæredem *Cap. XV, 1.* V) Quando dabat ipsi circumcissionem *Cap. XVII, 1.* VI) Cum hospitio ab eo exciperetur *Cap. XVIII, 1.* VII) Quando sententiam Saræ de ejicienda Hagare & eliminando Ismaele comprobabat *Cap. XXI, 12. VIII.)* Quando injungebat mactationem Isaaci *Genes. XXII, 1.* Fuit in his apparitionibus tam luculenta divinæ majestatis ad conscientiam demonstratio, ut eas pii a malignorum spirituum illusionibus non minus facile discreverint, quam ho-

mini sobrio facile est a somno distinguere vigiliam. Qua autem forma visus ab Abrahamo Deus sit, non ubique a scriptura devinctum est. Constat id aliquando factum esse specie humana, in præludium uti videtur & symbolum futuræ incarnationis. Neque male existimant, qui credunt: plerumque Filium Dei fuisse, qui se videndum Abrahamo exhibuit. Quo referri etiam posset locus *Job. VIII, 56. Abraham vester exsultavit, ut videret diem meum & vidit & gavisus est.* Equidem hæc verba Sacrorum Oraculorum Interpretes ita cruciavit, ut in quamplurima opinionum divortia abierint. Diem scilicet, quem exsultans conspexisse Abrahamum dicitur, de die adventus Christi in carnem explicant



## §. IV.

Hic locus ex hac apparitione per multa secula sacer æstimatus fuit. Tantam homines visibilem præsentiam potentiæ divinæ faciunt. Cum vero res istiusmodi in abusum degenerare possunt, idem locus

ALPHEN & LAMPE. Resurrectionis diem autem hic innui docet MOSHEMIVS in *Bibl. Bremensi*. De die illustris cujusdam ἐπιφάνειας Servatorem hic agere suspicatur WOLLIUS tum in *observationibus ad BLACKWALLVM* p. 45. tum in *historia invocationis Dei Patris in nomine Filii sui*. Lubet interim hic enarrare, quæ WERENFELSIVS ad illustrationem loci hujus vexatissimi in medium attulit in *Opuscul. Theol.* p. 315. Inquit: plerosque interpretes hæc verba de Abrahami desiderio, quo flagavit videndi tempora Christi in his terris versantis, intellexisse. Enimvero huic interpretationi repugnare verba Christi Matth. XIII, 17. Hujus voti neminem Patrum, adeoque nec Abrahamum compotem factum fuisse. Urget subinde, Abrahamum revera id vidisse, quod ut videret cum exultatione desiderasse dicitur. De visio-

ne prophetica Christum hoc loco non locutum fuisse asserit, cum ejusmodi visiones symbolica ipsi infrequentes non fuerint. Exspectasse itaque Abrahamum visionem aliquam realem affirmat. Valet interpretes ad vim verborum Christi non satis respexisse, cum dicit: Abrahamum exultasse, ut videret DIEM SVVM. Non dixisse: DIESSVOS, quo scilicet Christus ex phrasi Ebraorum tempus vitæ suæ denotasset, sed: DIEM SVVM, quæ phrasis in Codice sacro sapissime denotet tempus, quod quis elegit ad insigne quoddam opus in eo perficiendum, ut gloriam suam reddat conspicuam. Sed inquis: Quodnam fuit illud opus Christi, quod præstituto tempore Abraham videre tantopere desideravit, quodque postea revera vidit & gavisus est. Respondet WERENFELSIVS: Cum verisimile sit, Christum hic aliquid innuere velle, quod habetur in historia hujus Pa-



cus successu temporis sacer factus est & apud Gentiles, & multis superstitionibus idololatricis fuit inquinatus. Vid. EVSEBIVS in D. E. lib. V. c. 9. p. 234. Tandem Constantinus Magnus condidit ibi templum ad adorandum Christum, qui in loco isto olim apparuerat in forma, uti ajunt, ei simili, quam postea assumpsit ex unione personali. Vid. SOZOMENVS H. E. lib. 2. c. 4. p. 447. (c)

D 4

§. V.

triarcha, ut a Mose describitur; putem ego, quod tamen timide dictum volo, & salvo meliori judicio, Christum recte indigitare voluisse: Se fuisse ipsum illum Angelum, qui Abrahamo olim sub quercibus Mamre apparens dixerat: Revertendo revertar ad te secundum tempus vite, & ecce Filius erit Sara uxori tuae. Ab eo tempore Abrahamum ingenti flagrasse desiderio, hoc tempus vite suae & hunc diem Jehova, ita enim ille Angelus ab Abrahamo vocabatur, illustrem impletioni hujus promissionis destinatum videndi, eumque cum tandem vidit, magnopere fuisse letatum. Ad me quod attinet, fateor, hanc exegetin loci Johannei Wereufelsianam mihi

magnopere placere, cum & Textui sacro exacte conveniat, plurimisque difficultatibus, quas necesse hic solent interpretes, & quibus sese extricare haud facile possunt, obicem ponat.

(c) Homines lucos olim cultui divino sacrasse probat GYRALDVS Tom. I. Opp. p. 474. Arbores templorum instar primævis hominibus fuisse testatur PLINIVS Histor. Nat. lib. XII. C. 1. TACITVS hoc de Germanis refert in libro de Moribus Germanorum. Conf. ESCHENBACH de consecratis Gentilium lucis, quæ dissertationibus ipsius Academicis inserta est. Ratio hæc forsitan subest, quoniam tactus arboris vetiæ in Paradiso omne malum in orbem ingressum est. In memoriam



## §. V.

Alia apparitio concessa fuit Abraha-  
mo, cum iudicium Sodomitis immine-  
ret. Testatur Mofes: Eum, qui Patri-  
archæ hancce destructionem revelavit,  
verum fuisse Deum, eo quod Abraha-  
mus ipsum appellat totius terræ iudicem  
divinum. Quod autem hic dominus ac  
iudex fuerit Filius Dei, quem Pater ele-  
git ad iudicandum mundum *Job. V.* pu-  
tat EVSEBIUS *H. E. l. 1. c. 2. p. 7.* JV-  
STINVS MARTYR *in Dial. cum Tryph.*  
*Jud. p. 375.* & argumentum sumit ex ver-  
bis ejusdem Mofis. Ita enim Pater iste  
interpretatur Prophetam, qui dicit de hoc  
Domino, Verbo five Schechina descen-  
dente, quod a Domino vel patre invisi-  
bili, pluviam igneam & sulphuream e  
cælo flagitaverit. Atque in hac re con-  
cilium Syrmienne tam peremptorium est,  
ut anathemate feriat omnes, qui affir-  
mant: Quod verba ista: *Dominus pluit a*  
*Domino*, dicta fuerint non de Patre & Fi-  
lio simul, sed de Patre, ita ut is solum  
cre-

hujus deplorandi casus, ho-  
mines sub arboribus Deum  
coluerunt, ipsique sacrificia-  
runt. Vid. WORMIVS de  
*Corrupt. apud Tacit. Anti-*  
*quit. Ebr. vestig. lib. I. Cap.*

*IV.* Hinc Græci lucos πα-  
ραδεισους vocabant. Nescio  
itaque, quid SPENCERVVM  
commoverit, ut negaret:  
Patriarchas nunquam in lu-  
cis sacrificia sua obtulisse.



credatur pluisse a seipso illum ignem sulphure conjunctum. Vid. Socrates *H. E.* l. 2. §. XXV. (d)

§. VI.

Hic itaque Dominus idem est ac ille, de cujus apparitione legimus *Genes. Cap. XVII.* Dicitur nimirum v. 22: Quod Deus adscenderit ab Abrahamo, id enim vult Textus Ebræus. Sed Paraphrastes Chaldæus vocat eum, qui adscendit: *Fulgur Dei* h. e. splendorem Schechinæ divinæ sursum vectum, ac si diceret, versus firmamentum cœli adscendentem.

D 5

§. VII.

(d) Myſterium in hac Phraſi מנת יהוה pluit יהוה ſubefſe, plerique veteres autumant, Trinitatem ſcilicet hic indigitari affirmantes. Ita IGNATIVS in *Epift. ad Antiochenos*, JUSTINVS in *Dial. cum Tryph. Judeo*, ATHANASIVS in *Oratione contra gregales Sabellii*, aliique. Favere etiam ipſis videtur Paraphraſis Hieroſolymitana. Nihilominus myſterium ejuſmodi hic latere alii non obſervant, nominatim AVGVSTINVS, HIERONYMVVS, CHRYSOSTOMVS, aliique recentiores, ut PELLICANVS, MERCERVVS, DRVSIVS, PARÆVVS. Notant

nempe his in verbis Ebraiſmum & elegantiam linguæ hujus peculiarem, juxta quam ſæpiſſime antecedens loco relativi ponitur, & nomen pronominis loco uſurpatur *Num. X, 29. Pſ. LXXII, 1.* Cum igitur Jehova pluiffe a Jehova dicitur, perinde eſt, ac ſi dictum foret יהוה a ſeipſo. Ad me quod attinet, cum HACKSPANIO ita ſentio: *Abundet hic quilibet ſuo ſenſu. Vix in manifeſtis aliquid obtinemus contra præſerptos judæos, quid fiet in re tam obſcura, & ubi non ſine exemplis Ebraiſmum jaçtare poſſunt.*



## §. VII.

De apparitione sub tribus Personis Abrahamo facta HILARIUS *Pictaviensis* differit fusius de *Trinitate* l. 4. p. 66 85. atque contendit: Personam istam, quam Abrahamus singulariter adiit, suumque Dominum nuncupavit, Filium Dei fuisse, cui tunc duo visibiles Angeli ministraverint. Cont. EVSEBIUS *lib. V. c. 9. D. E.* Atque hæc interpretatio probabilior ea videtur, quam CYRILLUS *Alexandrinus* affert, qui ex eo, quod tres apparuerint, & Abrahamus eos, ut unum allocutus sit, concludit: Trinitatem in unitate apparuisse. (e) Idem, quem nomina-

(e) Deum hic in essentia unum & in Personis trinum Abrahamo apparuisse, pia olim statuit antiquitas. Secuti hanc sunt nonnulli ex recentioribus Theologis, nominatim MOMMA, WITTSIUS, BURMANNUS, & ex nostratibus: JOH. HENR. MAJVS in *Oeconomia Judiciorum Cap. VII. §. 7.* qui etsi in *Theologia Evangelica P. II. p. 85.* mentem commutasse videatur, non solum ex scriptis Patrum, sed & hoc sequenti argumento thesin suam munire annisus est: Passim scilicet in Sacro Codice sub-

versionem Sodomæ nullibi Angelis, sed tantum Elohim, sive tribus S. S. Trinitatis Personis tribui. *Jes. XIII, 19. Jerem. L, 4. Amos IV, 2. Zephan. II, 9.* Audacissimum hinc putat fuisse CLERICVM, quando Theologos Trinitatem ex hac apparitione divina, Abrahamo facta, probantes increpat, eo quod propter res leviculas summo Numini, humanam speciem assuere non erubuerint, quod vix satis deceat. An levicula res erat, inquit MAJVS, maximas promissiones & comminationes Abrahamo, imo



## minavi HILARIVS existimat: Eundem Domini-

unitatem & Trinitatem in Deo manifestare & confirmare? Si non indignum Deo Patre fuit, sub forma senis, vel antiqui dierum *Dan. VII.* nec Spiritui S. columbæ specie apparere, cur indignum esset, Angelorum vel viatorum habitum assumere &c. Ego sane hisce piis B. MAJI meditationibus lubentissime subscriberem, nisi quam plurimæ adessent rationes, quæ contrarium suadent, prouti bene monuit RAMBACHIVS in *H. Eccl. V. T.*, qui simul docet: Nullum in sacris literis extare exemplum apparitionis Spiritus S. sub forma humana. Præterire interea hic nequeo *Interpretem Wertheimensem*, qui more solito & huic Oraculo de Apparitione Dei Abrahamo & Lotho concessa *Genes. XVIII.* & *XIX.* manifeste vim inferre non erubuit. Statuit enim: Viros illos, qui Abrahamo & Lotho apparuerunt, non nisi tres Spiritus creatos finitosque fuisse. Bene quidem animadvertit, nomina vere divina & attributa infinita unius, ipsius hypothesei prorsus adversari, coactum se hinc sentit Socinianorum aliorumque telis veritatem

aggredi, atque sic sentire: Unum horum virorum tanquam legatum Dei omnipotentis vices iustinuisse, eique eapropter opera divina fuisse tributa. Sed vide, quæ LANGIVS contra hunc impudentissimum Empæctam solide monuit in *Religions-Spætter* p. 9. Equidem LVDOLPHVS BERNHARDVS KEMNA in *schediasmate*, quo *veram hanc ipsius Dei apparitionem à corruptione Interpretis Wertheimensis vindicavit*, simulque eius principia, quibus falsam suam hypothesei de omnibus apparitionibus divinis in *V. T.* superstruxit, funditus evertit, erudite monet: Huius erroris fundamenta iam in JOSEPHO *Lib. I. Antiq. Jud. c. XI.* penes Rabbinos, apud *Cyrillum Alexandrinum, Gregorium Nyssenum & Augustinum* deprehendi, quamquam patres modo citati multos defensores fuerint nati. Quicquid interim sit, certissimum est: Unum è tribus illis Abrahamo apparentibus personam divinam fuisse, siquidem ipsi 1) Nomen Jehova *Genes. XVIII, 1-13. 17. 20. 22. 26. 33.* tribuitur. 2) Proprietates divinæ de eo



Dominum antea apparuisse Hagari, quod etiam is Dominus & Deus dicatur *Genes. XVI.* Moses ipse, antequam hosce titulos, ab Hagare Domino tributos affert, utique vocaverat eum, qui apparuerat, Angelum vel Nuncium, vel præfectum Domini. Verum illud ipsum nomen, si cum emphasi exprimatur, haud improprie personæ secundæ imponitur, vel Logo, qui erat Schilo, id est, sicut GROTIUS interpretatur ἀπεσταλμένος Legatus in *Genes. IV, 9. 10.* De Nomine Angeli ibidem Schechinæ dato, HILARIVS suam sententiam exponit hac ratione: *Cum Hagare, inquit, locutus est Angelus Dei. Erat autem una Deus & Angelus, vocatusque Angelus, quia erat Angelus Concilii Magni. Vid. JUSTINVS MARTYR in Dial. cum Tryph. Jud. p. 301. & Esaie IX, 6. Ita vocatur, inquit TERTVLLIANVS, & appellatur nuncius, non secundum naturam, sed officium ejus, de carne Christi sect. 14.* Atque illi mediocriter saltem ver-

prædicantur e. g. scientia absconditorum imo interiorum animi recessuum v. 10. 15. 19. 20. notitia futurorum v. 28. 3) Opera divina ipsi adscribuntur, e. g. Promissio prolis ἀπολογητικὴ v. 10-

14. actio iudicii de bonis & malis *Cap. XVI, 1. 23. 24.* 4) Cultus divinus ipsi fuit exhibitus *Cap. XVIII, 23.* Cœcutit is profecto in meridie, qui hic nihil deitatis deprehendi sibi persuadere potest.



versati sunt in scriptis PHILONIS *Judæi*, qui ignorant, eum vocare λόγον & imaginem Dei & Angelum *Libr. de Insomn.* JUSTINVS MARTYR etiam ostendit Tryphoni, quod Deus, qui apparuit Abrahamo, sit minister Creatoris universi, ac postea id ipsum ut rationem affert, cur Verbum vocetur Angelus, videlicet, ut nosceretur ut minister vel substitutus Patris omnium rerum. JUSTINVS MARTYR hic respexisse videtur ad verba Pauli, qui docet: *Omnia esse à Patre & per Filium creata* (f).

§. VIII.

Filius erat Angelus Dei, qui cum Patriarcha Jacobo luctatus est, eique benedixit. Unde Jacobus, in gratam istius benedictionis memoriam, locum istum Penuel nominavit, quod viderat faciem, hoc est Schechinam vel imaginem Dei in Logo Filio ejus patefactam. Schechina enim licet apparuerit in forma humana haud incommode facies dici potest, quia  
erat

(f) Arriani & Sociniani hoc oraculo Paulino abutuntur ad Filii Dei divinitatem destruendam, legatur vero quæ inter alios ABBADIE in Tractatu suo *sur la divinité de Jesus Christ* ad vindicandum

hunc locum in specie adversus CRELLIVM, magno argumentorum eorumque solidissimorum apparatu, in medium protulit *Sect. VI. Chap. V. p. 433.*



erat præsentia divina, ad cuius majestatem, velut ad faciem Principis, pii subditi Dei veri se referebant. Atque hæc quidem sententia est EVSEBII in *H. E. L. 1. c. 2. p. 7.* & in *Demonstr. Evangel. L. V. cap. 10.* HILARII de *Trinitate L. IV. p. 69.* & JUSTINI MARTYRIS *Dial. cum Tryph.* Ultimus ad Tryphonem dicit: *Quod fuerit Filius Dei is, qui apparuit & Abrahamo & Jacobo, & quod absurdum esset, si quis cogitaret, quod immensitas deitatis reliquerit cælos, atque in angusto & limitato terræ spatio apparuerit.* Imo præmemorati Patres Concilii Syrmienensis in symbolo suo solemne denunciaverunt anathema eis, qui assererent, quod Pater esset ingenitus, non autem Filius, qui luctatus est cum Jacobo. vid. *Symbol. Syrmienf.* apud HILARIVM de *Synod. & SOCRATEM* in *H. E. Lib. 2. c. 30. (g)*

## §. IX.

(g) Huius historię explicatio quamplurima sententiarum peperit divortia. Putarunt nonnulli, omnia ea, quæ de hac Jacobi lucta à Mose memorantur, ipsi per somnium ac visionem contigisse. Alii colluctatorem Jacobi Angelum vel bonum vel malum fuisse statuunt, quorum argumenta ponde-

ravit atque explosit DEY-LINGIVS in *Observat. Miscellan. p. 218.* Non ita pridem hisce Theologorum disceptationibus sese immiscuit Autor Anonymus, qui in Anglia libellum sub hoc titulo typis exscribi curavit: *The honour of Christ vindicated: Or an hue and cry against the Bully, who assaulted Ja-*



## §. IX.

Cum Deus iſtiusmodi apparitionibus,  
 quas enarravimus, veram pietatem in  
 pro-

*cob in his ſolitude.* London 1732. 8vo. In quo ſcripto Autor iſte hanc miſere depravavit, & emperctis deridendam propoſuit. Equidem homo profanus negare non potuit, λόγος ſub veteri Oeconomia gloriam ſuam potentiamque Patribus multis modis manifeſtaſſe. Audiamus ſcriptorem Bibliotheca Britannica, qui Autoris deliramenta ſequentem in modum Lectori exhibet: *Il ne faut pas douter, dit il, que ſous l'ancienne diſpenſation, le logos n'ait très ſouvent & en pluſieurs manieres manifeſté ſon pouvoir & ſa gloire par diverſes operations; mais lorsque l'on dit, que pour converſer avec les hommes, il ait revetû un corps avant que d'être fait chair, lorsqu'il fût concû du ſaint Eſprit, il penſe, que c'eſt une opinion ſans fondement, temeraire & également contraire à l'écriture ſainte, & à la droite raiſon. Il pretend que Juſtin Martyr eſt le premier, qui ait debité ce dogme dans ſes dialogues avec Tryphon &c. Hinc eo dilapſus eſt Autor, ut ſequen-*

tem in modum de mirabili hoc Jacobi certamine ſentiret: Audaciſſime nimirum coniecturatur: Virum illum cum Jacobo colluctatum ſicarium fuiſſe ab Eſavo odio adverſus Fratrem inflammato, huic è medio tollendo immiſſum, ſed in certamine victum fleviſſe, & gratiam Jacobi ſubmiſſe imploraſſe. Hoſ. XII, 5. Profecto nihil inſulſius, nil audacius unquam dici potuiſſet. Optime de hoc ſcriptore iudicat ſcriptor Bibliothecæ Britannicæ: *On ne doit pas tout à fait juger de cet écrit par le titre. A quelques endroits pres, ou le ſtile ne ſemblent pas repondre à la gravité du ſujet, on ne trouvera rien dans le gros des expreſſions, & du tour, qui puiſſe choquer des gens raiſonnables. Les perſonnes, qui penſent differemment de l'auteur ſur la maniere, qu'il traite, ne diſconveniendront pas, que ſa diſſertation n'ait l'avantage de la nouveauté & qu'elle ne renferme beaucoup d'erudition & d'eſprit. Equidem ſi libri titulum conſidero, is nil niſi Zelum pro ſapientiſſimi ſervatoris no-*



progenie sancta excitasset, profana generatio, in specie Chamitica perrexit imaginem Dei veluti extinguere, innumera idola excogitando, quorum alia aliis præcelluerunt, verum neutra veneratione digna erant, quam iis habebant. Idola, quæ præ multis cultoribus faciliorem multo admittebant excusationem, imo ad Schechinam per terras unquam visam, quam proxime accedebant, erant homines potentiores & benefactores. Quapropter *autor* libri de *Mundo*, qui vulgo Aristoteli adscribitur, Deum proponit veluti præpotentem Regem Persiæ seden-

mine à frivolis interpretum cogitationibus vindicando, spirat. Enimvero Autor iis omnino annumerandus est, qui ad abusum nominis divini porismaticum prolapsi, incongrue prorsus de eo iudicare solent, quid Deo vel gloriosum sit, vel sanctissimo Numini plane non conveniat. Exploratum enim est, eruditorum quamplurimos proclives esse ad credendum, suas quoque ideas, sua dogmata hoc caractere veritatis, quam maxime splendere, quamvis id non raro longe sit falsissimum. Hinc unusquisque de imbecillitate sua admonendus, atque ad offi-

cium summe necessarium prudentiæ humilitatis, & modestiæ in miscendo nostris sententiis divino nomini gloriæque numinis titulo excitandus, uti egregie monet Theologus Tubingensis WEISMANNVS in *schbediasmate de abusu nominis divini porismatico* §. II. Interim plane aliquid supervacaneum agerem, si scriptoris Angli modo memorati deliria sub examen revocarem, cum id iam pridem DEYLINGIVS l. c. fecerit, ad quem lectorem remitto. Cui adiungendus MARCKIVS in *Comment. ad Hof. XII. & Biblioth. Bremens. Tom. I.*



sedentem in palatio suo regio Sufis vel Ecbatanæ, ac toti Asiæ leges dictantem. Præter hanc generosiores idololatriam plures aliæ species reperiuntur, eæque tam manifeste ridiculæ, ut vel sola earum repetitio re vera nil aliud esset, quam gentes, quæ ea idola coluerunt, publice deridendas exponere.

## §. X.

Inter alia Ægyptus harum ineptiarum nutrix fuit. In illa quicquid aut opem aut noxam ferebat, aut a quodam dæmone inhabitabatur, aut per fallacias dæmoniæ agitabatur, id omne virtutem divinam intra se fovere judicabatur, & cultu religioso dignum habebatur. In Æthiopia flumina intumescunt ex pluvia, & simul frugum abundantiam secum in terram effundunt, & hoc sufficit, ut Nilus habeatur Deus. Si quid per naturales vel politicās causas aut antevertitur, aut averruncatur, id ipsum summis cum laudibus refertur ad vanum & indignum quendam Talismanum. vid. RAYNOLD *de Idolol. Eccles. Roman. l. 2. cap. 3. p. 476.* Ut enim JAMBlichVS *de mysteriis* eorum diserte loquens, nos informat, potentiam divinam mente concipiunt, vel ad bona

E pro-



procuranda, vel ad mala reprimenda aptam, eamque protinus isti parti vel materiae adjungunt, quæ probabili modo, atque ad nutum adspectus cujusdam coelestis eligebatur. Astrorum concursus ab imaginatione, eaque subinde satis inconsiderata, formantur, ita ut formas certarum creaturarum terrestrium repræsentent. Et hæ creaturæ adorantur, quod creduntur, vel eminenti quodam gradu virtutes astrorum continere, vel singulari quodam modo in hunc vel illum siderum nexum influere.

## §. XI.

Progenies Abrahami in hac provincia, quæ idolis & multis ritibus abundabat, degebat, simulque per consuetudinem valde proclivis ad idola reddebatur. Cum itaque ad rituum amorem tota facta & nata videretur, placuit Deo, qui interdum, velut indulgens Pater, ad balbutiendum cum infantibus suis, paratus est, considerare hanc infirmitatem, cum eam per manum Mosis ex servitute Ægyptiaca educeret. Hinc itaque per eundem Mosen populo illi talem œconomiam, sive cultum, qui Schechinam visibilem & insignem rituum multitudinem continebat, injunxit, per quam innocenter consulere posset



posset ingeniis Judæorum inquietis, & eos ab adoratione idolorum & abominabilibus formulis ac modis, quibus idola ista in Ægypto colebantur, abstraheret. Si hæc opus habeant confirmatione, à serio examine status Ægypti & Israël, eorumque conformitate & disparitate ea sumenda erit. Liceat mihi in medium afferre insignem scripturæ interpretem **CHRYSOSTOMVM**. *Cum Deus, inquit, eo tempore populum Ebræum liberaret a turbis Ægyptiacis, & a barbara Pharaonis tyrannide, intelligeretque, eum constanter retinere reliquias impietatis & ad insaniam usque addictos esse omnibus rebus sub sensus cadentibus, & admiratione formosorum templorum percelli, ipse templum in illorum usum construi iussit, quod excellentia sua, magnificentia materie, varietate artis, imo & structura forma, omnia alia obscura reddebat. vid. Tom. V. Opp. in diem natal. Christi. (h)*

## E 2

## Cap. V.

(h) Non solum **CHRYSOSTOMVS** hanc viam ingressus est, in explicandis cultus Levitici rationibus, sed eandem semitam inter Patres calcarunt **IUSTINVS MARTYR**, **ORIGENES**, **TERTVLLIANVS**, **HIE-**

**RONYMVS**, **THEODORETVS**, quos citat **BVDDEVS** in *H. E. V. T. Periodo II, Sect. I. p. 669*. Quos exacte secutus est e recentioribus **SPENCERVS** in Opere suo multi iuga lectione atque ingenti eruditionis apparatu instru-



**CAPUT V.**  
**De Schechina a Mose us-**  
**que ad Captivitatem Babylo-**  
**nicam.**

§. I.

**A**ntequam hoc templum ad exemplar eius, Mose a Deo exhibitum, conderetur, verbum Dei Angeli formam assumebat, Mosique apparebat in flamma, in

*Go: De Legibus Ebraorum ritualibus.* Equidem SPENCERVS tam longe in hisce suis hypothefibus progressus non est, ac alii post ipsum, qui eius systemate abusi sunt. Statuit ille quidem: Primarium finem legum Mosaicarum fuisse, ut medium essent ordinarium, quo Deus ad idololatriam abolendam, & Itraëlitas in ipsius fide cultuque retinendos uteretur. Non negat tamen, sed addit continuo, finem fuisse secundarium, ut legis illius ritus & instituta mysteriis quibusdam adumbrandis inservirent. Illa autem mysteria dicit fuisse 1) Cœlestia 2) Philosophica 3) Evangelica 4) Ethica, 5) Historica. Laudat idem SPENCERVS Irenæi dictum: *Legem & disciplinam Judæis* fuisse prophetiam futurorum. Nec minus de mysteriis legis ritualis evangelicis hoc dicit SPENCERVS: *Vix equidem credi potest: Ebraorum vulgus sub prima præsertim nascentis Judaismi tempora rituum illorum prophetis, sensum interiorem intellexisse, ut verisimile est: Viros propheticos quo propius accederent ad Messie venturi tempora, eo magis velum Mosaicum amovisse, & quo tenderent cultus illius ambages, & anigmata, exposuisse.* vid. *L. I. de Legibus Ebr. Ritualibus.* Sed quicquid sit, in eo tamen graviter lapsus est SPENCERVS, dum typos rerum cœlestium, finem saltem secundarium cultus Levitici fuisse statuit. Credibile sane non est, sanctissimum



in saltu montis Horeb, Moses appellat eum Angelum *Exod. Cap. III. v. 2.* Angelum Dei & Deum *v. 4-6.* Hicce Angelus seipsum nominat Deum Abrahami, Isaaci & Jacobi, & *v. 8.* dicitur: descendiſſe. Ille autem ut loquitur **JUSTINVS MARTYR** *Apol. 2.*, qui se ipsum nominaverat Deum Abrahami, non erat Creator Mundi, sed minister voluntatis eius. Adſtipulatur ei **EVSEBIVS H. E. L. I. cap 2** **HILARIVS de Trinit. p. 70. 71.** **AMBROSIVS Tom. IV. Opp. p. 222.** vid. etiam **ATHANASIVS contra Arrianos Orat. 4.** Verba **AMBROSI** hæc ſunt: *Deus ipſe, qui Moſi apparuit, dicit: NOMEN MEVM EST DEVS, hic eſt Filius Dei, qui propterea dicitur & Angelus & Deus, ne exiſtimaretur eſſe ille, a quo omnia ſunt, ſed is, per quem omnia ſunt (a).*

E 3

Et

Numen, qui populi Iſraëlitici mores, ab impiis vicinarum gentium institutis ſeiuñctiſſimos eſſe volebat, & omne cum gentibus commercium illis interdixerat, miniſtris ſuis tabernaculum tradidiſſe extruendum & circumgeſtandum, ut profanos & execrabiles gentilium ritus imitaretur, quemadmodum pluribus adverſus **SPENCERVMDemonſtrarunt** **HERMANNVS WITTSIVS**

*Miſcellan. Tom. I. p. 403.* **BVDDEVS** l. c. alique, qui Theologiam Typicam, Emblematicam & Propheticam tradiderunt, inter quos facile **JOH. van den HONERT** & **SNABELIVS** eminent.

(a) Hæc Patrum loca ita explicanda non ſunt, ut ſubterfugium Neo-Arrianis præbeant, ſubordinationem quandam in adoranda Trinitate ſomniantibus. Liqueſt hoc ex verbis **THEODORE-**



Et PHILO Judæus nominat eam vocem, quam Abrahamus, Jacobus & Moses e saltu audiverunt, effectum Logu Dei. *de vita Mosis* p. 594. 595. (b)

## §. II.

TI, quæ in *Quæstionibus super Genesin*, nec non in *Exod.* habet, ubi diserte scribit: *Unigenitum Dei Filium & Deum Jacobo in lucta apparuisse, nec non Mose in rubo.* Et quidem de hac posteriori apparitione ait: *Totus iste locus demonstrat, Deum esse, qui apparuit. Vocavit autem eum Angelum, ut cognoscamus, quod is, qui apparuit, non sit Deus Pater, cuius enim Angelus esset Pater, sed unigenitus Filius, qui est magni Consilii Angelus.* **PO-SUIT AVTEM NOMEN ANGELI, NON INDICANS QUODDAM MINISTERIUM, SED PERSONAM UNIGENITI DEMONSTRANS.**

(b) Miror GROTIUM & CLERICUM in explicatione huius apparitionis adeo insigniter cæcutisse, ut Angelum creatum hic e rubo cum Mose locutum fuisse autumarent. Sed vide, quæ adversus eosdem animadvertit RAMBACHIVS in *H. E. V. T. periodo IV. sect. I. membr.*

*II. p. 587.* LANGIVS in *Causa Dei part. 2. p. 359.* & MÜNDENIVS in *Comment. de Columna nubis & ignis §. VIII.* Scilicet huic Angelo Mose apparenti tribuitur nomen Jehova, *v. 4-6. Exod. III.* Competunt eidem attributa & opera divina, *v. 19. 20.* scilicet opus creationis *Exod. IV, 11.* precum exauditiō *Cap. III, 7.* Israëlitum eductio ex Ægypto *Cap. III, 8.* promulgatio legis *Act. VII, 30-38.* Hæc omnia ita extra dubium posita sunt, ut SAVRINVS, qui alias GROTII & CLERICI vestigia tam sollicite premit, & ubique in eo versatur, ut dogmaticorum Interpretum temeritatem evitet, lectoribusque suis scepticismum exegeticum & criticum, eumque rationalem commendat, negare non fuerit ausus, Angelum increatum fuisse, qui in rubo ardente se conspiciendum præbuerit. vid. *disertations Historiques Critiques Discours 44.*



§. II.

Dominus postea populum suum per desertum peregrinantem miraculose direxit per Schechinam in columna nubis interdiu, & in columna ignis noctu repræsentatam *Exod. XIII.* Is, qui in illo capite dicitur Dominus, idem capite sequenti nominatur Angelus Dei, qui sicuti olim inceserat ante castra, ut populum duceret (c), ita nunc Ægyptios persequens,

E 4

stabat

(c) Locus illustris, qui imprimis hoc mysterium exponit, extat *Exod. XIV. 19.* *Et Angelus Jehova procedens castra Israelitarum, se movit loco & retro vertit ad tergum eorum. Exod. XXIII. 20.* Deus expresse populum monet, se illustri alicui & *κεχαλασθηισμένω* Angelo commisisse eius procuratorem: *Ecce, inquit, ego mitto Angelum (illustrem utique, gloriosum a cæteris distinctum) ante faciem tuam, ad te custodiendum in via, ad te ducendum in locum, quem ordinavi. Cave tibi à facie eius, & præbe te morigerum voci eius, ne ipsum exacerbes, quia non feret transgressiones vestras, siquidem NOMEN MEVM EST IN MEDIO EIUS.* Hæc qui mediate perpendit veriamans homo, poteritne du-

bitare, Deum hic locutum esse de *singulari aliquo & illustri angelo*, eique vindicare attributa, quæ hæc pericopa tenentur. Sane veteribus, quorum loca dudum ab aliis excerpta sunt, hoc iam fuit perspectum, de quibus nunc tantummodo *IUSTINVM MARTYREM adv. Tryphonem Jud. p. 357. & EVSEBIVM D. E. Lib. V. cap. X. H. E. Lib. I. cap. II.* ex professo de eo agentes commendo. Quin ipsi quoque Judæi prudentiores idem in hisce locis tam clare viderunt, ut nihil fere Christianis concedant. vid. *COCCEIVS in Considerat. Respons. Judaic. Cap. IV. §. 204. 205.* Judæi hunc Angelum populi ducem in scriptis suis *Matrona* sive *Metatron* vocant, simulque de eo talia referunt, quæ in Sa-



stabat post illos, ut populum defenderet. Ad hanc apparitionem alludit EVSEBIVS, & peculiarem de hoc capite titulum condidit in *Demonstratione Evangelica Lib. V. cap. 14.* ubi inter alia hanc quæstionem format: *Quis erat is, qui loquebatur, nisi columna nubis, quæ olim apparuerat patribus in figura hominis* (d).

Et

cra scriptura de Messia prædicantur. Appellat ipsum Servum Jehovæ, & hoc nomen quoque Messia in sacris literis tribuitur *Es. XLII, 1. LII, 13.* Dicitur, quod metatron paratus sit ad exequendam voluntatem Domini sui, ut corpus assumat humanum in utero materno. Similia legimus de Christo *Pf. XL, 8. 9.* Dominium ei adscribitur in omnes caeli exercitus, quod Christo iterum competit *Ebr. I, 3-6.* vid. SOMMERI *Specimen Theologiae Sobarica p. 35.* Distinguendus interim hic Angelus, cuius nimirum *Exod. XXIII, 20. 21.* mentio iniicitur, ad quem Moses *Exod. XXXIII, 2.* respicit. In illo enim nomen Jehova erat, in hoc non item. vid. BVRMANNVS in *Biblischen Wercken* ad h. l.

(d) Erroneas scriptorum nonnullorum de Columna nubis & ignis, imprimis Cl.

HARDTII solido ac iusto examini subiecit MÜNDENIVS in *Commentatione* de hac re conscripta. Nolo his a Viro Doctissimo prolatis aliquid addere, nisi ea, quæ a recentissimis quibusdam interpretibus ad illustrandam hanc tam magnificam Maiestatis divinæ apparitionem monita sunt. Refero inter hos TOBIAM ECKHARDVM, Præceptorem quondam m. um, & cuius cineres huc dum veneror, in *Observationibus philologicis ex ARISTOPHANIS PLVTO, dictioni novi Fæderis inservientibus*, ubi loca scriptorum profanorum in medium affert, in quibus Deos in nubibus apparuisse, & cum hominibus locutos fuisse fingunt. e. g. VIRGILIUS *Aeneid. L. XI, 593. L. VIII, 608.* Addit SOCRATEM ab ARISTOPHANE in *Comœdia*, quæ nubes inscribitur, accusatum fuisse, quod novos



Et certe dum Moses in itinere suo non

E 5 con-

induceret Deos, veteresque  
reiceret, quo ipso Aristophanes  
Socratem Judaismi suspectum  
habuerit, vel saltem reddere  
voluerit. Jungo his Cl. SCHARBAU  
Meditationes, qui, postquam  
in Observationibus sacris  
Part. I. Obs. IV. elegantissimum  
illud symbolum alarum Galinæ,  
quod Matth. XXIV, 37. occurrit,  
exponere instituit, & LAMPIVM  
notasset, qui in dissertat. VII.  
de Spiritu S. cœlesti hoc  
phœnomenon columnæ nubis  
& ignis, signum visibile  
Spiritus S. fuisse adfirmavit,  
elegantem sequentem in modum  
de hoc præsentia divinae  
symbolo differit: *Illud solum  
ruminamus, quod huic columnæ  
in sacris literis expresse ala  
tribuuntur, quibus populum  
Judaicum divina tum benignitas  
fovit ac texit. Exod. XIX, 4. Deut.  
XXXII, 12. Ps. CV, 39. Vide  
iam, addit Vir doctissimus,  
quam eleganter Servator hac  
populo ad stuporem usque  
excæcato in memoriam revocet:  
Voluisse se iam dudum  
populum suum congregare  
sub alis suis, etiamsi vel  
tunc temporis ingratos sese  
exhibuerint. Hactenus  
SCHARBAU. Meretur quo-*

que hic inferi, quæ nonnulli  
de Columna nubis afferre so-  
lent ad illustrandum Comma  
Exod. XXXIII, 14. פני ילכו  
*facies mea ibit.* Disquirunt  
scilicet et interpretes, quinam  
significatus voci פני  
hic tribuendus sit. Quam-  
plurimis præsertim ALTIN-  
GIO & LIGHTFOOTO  
placet loco vocis פני  
supplere aliam scilicet  
מלאך, ut adeo פני  
idem esset ac מלאך  
פנים Angelus faciei, per  
quem secundam deitatis per-  
sonam intellectam volunt.  
Alii e contrario per faciem  
Dei ipsum Deum præsentem  
indigitari censent, sentum-  
que locutionis פני ילכו  
concupiunt: *Ego ipse præsens  
ibo ante vos, seu vobiscum.*  
Ita COCCÆIVS, TIRINVS.  
vid. BROCHMANDVS Sy-  
stemat. Theol. Tom. II. p. 638.  
B. LUTHERVS utramque  
deseruit sententiam, aliam-  
que elegit, contendens:  
quod per פני h. l. ne-  
que Deus ipse, neque in spe-  
cie secunda deitatis persona,  
sed signum quoddam exter-  
num præsentia divinae, quod  
ut facies hominis, omnium  
conspectui expositum fuit,



contentus est promissione Angeli, sed expresse sollicitat continuationem præsentiæ Dei, simul nobis est commentator, qui nobis dicitur, quisnam iste Angelus præsens fuerit. Angelus iste sine dubio is erat, qui versiculo 6. dicitur *Facies Dei*. LACTANTIVS vult: Angelum hunc incessisse ante Israëlitas, & divisisse mare. *de vera sapientia lib. IV. p. 374.* Hoc quidem fieri poterat per præsentiam eius, sed quod ipsa Schechina id fecerit, Textui Sacro *Exod. XIV, 19. 20.* est contrarium.

## §. III.

Cum populus venisset ad fines montis Sinai, Moses in specie intuitus est Schechi-

quale columna nubis & ignis exercitum Israëliitarum præcedens intelligatur. Hinc *Tom. V. Altenb. fol. 491,* inquit: „Deus visibili signo se cognoscendum tradit, sicut fecit in columna, aliisque revelationibus, ista enim sunt facies Dei i. e. visibilia media & res, quibus Deus præsentiam suam testatur Non video, quid impediatur, quo minus hanc expositionem calculo nostro approbemus, præsertim cum a Viris doctis in specie a VITRINGA *Tom. II. Comment.*

in *Esaiam* fuerit observatum, vocem פני non semper in sacro Codice secundam in Deitate personam denotare. Quæ interim GENSELIUS V. D. M. Annæbergensis in *Observationibus Sacris* p. 173. ad illustrationem huius Com-  
matis protulit, quando per vocem פני faciem iratam, sive iram Dei adversus populum denotari autumat, ita ut sensus sit: *Ira mea ibit, cessabit, decedet, aliis diiudicanda relinquo.*



chinam Dei. Verbum enim vel assumfit formam Angeli cuiusdam præcipui, vel ut Jupiter à satellitibus suis, si magna cum parvis componere licet, circumdatum fuit magno numero beatorum spirituum & solenni apparatu *Pf. LXVIII, 17.* & terrore legem promulgavit.

§. IV.

Quando Psalmista ad solennitatem illam, in qua Deus cum multis curribus Exercitus cœlestis apparuit, alludit, tunc versu sequente eiusmodi verba adhibet, quæ novum Testamentum de Christo exponit. *Ascendisti in altum captivamque duxisti captivitatem;* ac si Deus tam ad Sinam & Sionem, quam ad montem ascensionis Messiaë triumphasset in schenachina Filii sui. Is, inquit **TERTULLIANVS** *adv. Judæos p. 194.* qui cum Mose locutus est, Filius Dei est, qui ubique visus fuit. Id est, quoties Deitas apparuit, atque visa est, toties non per Patrem, sed per Filium factum est. **PAMELIVS** hic errorem **TERTULLIANI** notat, sed id agens, fortassis ipse in errorem incurrit. **TERTULLIANVS** enim non solum id affirmat, sed auctoritatem suam argumento evincit. *Jesus enim*



enim, inquit, non Moses ad introducendum populum in Canaanem destinatus erat. THEODORETUS in Commentario in secundum Caput ad Colossenses mentionem facit certorum defensorum legis, qui alios inducebant ad Angelos adorandos, eo quod lex ab illis lata esset. Multo rectius sensissent, si adorationem Christi Angeli foederis ursissent. Lex enim lata fuit ab Angelis in manu Mediatoris Galat. III, 19. per quem mediatorem Mosesne an Christus intelligendus sit, inter multos disputatur. Marginalia nonnulla Bibliorum nostrorum Anglicorum id exponunt de Mose. At titulus iste æque recte applicari potuisset Christo, non quidem ut Θεανθρώπων, sed ministro Patris, & ita hoc CHRYSOSTOMVS & THEOPHILACTVS applicant. Chrysostomus quidem docet, quod Christus ideo legem tulerit, ut polleret autoritate sicubi res exigeret eius finiendæ. Proinde illi, qui pertinaciter isti administrationi Logu se opponunt, suspectos se reddunt, & facies suas versus Racoviam dirigunt. Si enim persona secunda existit, certe ad tantum officium debet esse idonea. Verum desino pugnare pro loco, qui dubii est sensus, & aptius iudicio ponderare id,

id,



id, quod idem Apostolus in epistola sua  
priori ad Corinthios *Cap. X, 9.* (e) scri-  
bit.

(e) Dubiam huius loci le-  
ctionem nonnulli voluerunt  
reddere. Obvia ea nihilo-  
minus est non solum apud  
**HILARIUM** *Diaconum*,  
**CHRYSOSTOMUM** *Oecum-*  
*menium*, sed & penes **IRE-**  
**NÆVUM** *Lib. IV. cap. 45.* Hinc  
iam dudum **PRIMASIVS** ex  
hoc ipso commate Filii Dei  
divinitatem evicit, quippe  
qui secundum Psalmistam  
iste Deus fuit, quem tenta-  
runt Israëlita in deserto. *Pf.*  
*CVI, 14.* Equidem **CREL-**  
**LIVS**, ne ullibi Christum in  
Codice *V. T.* inveniat, Apo-  
stolum hic non de Christo,  
sed de Mose locutum fuisse  
arbitratur, sed eo ipso nil  
nisi spiritum Antichristi pro-  
dit. Ratio hæc est 1) Legi-  
mus quidem nomen Jesus  
Israëliitarum Duci Josuæ in  
scriptura tribui *Ebr. IV, 8.* at  
nullibi in Codice *Sacro N. T.*  
nomen Christus Mofi com-  
petit. Multo minus Moses  
in *V. T.* appellatus fuit Chri-  
stus. Quanquam enim  
**CRELLIVS** contendit, no-  
men hoc Christi sive uncti  
Domini Mofi in Prophetia  
**Habacuci Cap. IV, 13.** datum  
fuisse, evidens tamen est,  
si comma hoc propheticum  
cum *Capite V. Josuæ v, 11, 12.*

*13. 14. 15.* conferas, ser-  
monem ibidem non esse de  
Mose, sed eo, quod tem-  
pore Josuæ contigit, cum Sol  
atque Luna gradum fisterent.  
Accedit, quod Propheta per  
unctum Domini intelligat ne  
quidem Josuam, sed Ducem  
illum exercitus, qui Josuæ  
tum iuxta urbem Jericho ap-  
parebat, ipsique auxilium  
adversus hostes populi electi  
promittebat *Jos. cap. V, 14,*  
*15.* Excipiunt quidem **SO-**  
**CINVS & CRELLIVS**; scri-  
ptum a Paulo: *Ne tentemus*  
*Christum, ut nonnulli eum*  
*tentarunt*, ideoque senten-  
tiam commode suppleri pos-  
se per aliam vocem, nempe  
*Deum.* Id vero plane futile  
est. Huius enim ellipticæ  
locutionis quamplura in scri-  
pturis exempla occurrunt. *Sic*  
*Job VIII, 56. Abraham con-*  
*cupivit videre diem meum, &*  
*vidit, non est repetitum, &*  
*vidit diem meum,* sed subin-  
telligitur. Sed appositissi-  
mum huius locutionis exem-  
plum prostat *Deut. VI, 16.*  
*Non tentabis Dominum De-*  
*um tuum, quemadmodum*  
*tentasti in loco tentationis,*  
ubi posteriorem orationis  
partem, ad eum, cuius no-  
men paulo ante expressum



bit. Ibi ille Israëlitae dicit, *Christum in deserto tentasse.* At ille Christus, quem  
illi

est, nempe Dominum Deum, sine ulla eiusdem repetitione referri manifestum est. Possemus præterea vicissim quærere a SOCINO & CRELLIO, cur non additum fuerit, *sicut quidam eorum tentarunt Deum.* Certe si ea est versus huius sententia, quam ei assignunt Sociniani, non potest reddi ratio huius ellipseos, si verò is loci sensus est, quem nos tradimus, ratio ellipseos quam facillime reddi potest. Multo enim insolentior locutio fuisset, si repositum fuisset nomen Christi. Magnam denique hic habet vim particula *καὶ*, quæ ostendit, necessario sic accipienda esse verba Apostoli, ac si vellet: *Christum tentatum fuisse ab Israelitis in deserto.* Quorsum enim attinuisset dixisse, *quemadmodum &*, cum in priori membro nulla Dei, sed Christi tantum mentio facta fuerit? GROTIUS itaque pro acumine suo hanc Socinistarum cavillationem plane insulsam esse perspiciens, aliud ipse quærat effugium: Omnino, inquit, legendum est *μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν θεόν.* Itane vero omnino?

Cedo rationem. Ita, inquit, legit vetustissimus Codex Manuscriptus Alexandrinus. At certe vetustissimi illi Codices, quibus usi sunt interpretes Syrus, Arabs, vetus Latinus, AMBROSIVS, CHRYSOSTOMVS, THEOPHILACTVS, omnes habent *Χριστὸν*, non *θεόν*, quam lectionem etiam sequuntur alia omnia, quotquot nobis Biblia Polyglotta repræsentarunt exemplaria, nisi quod Lincolnienſe habeat *κύριον*, quod etiam in N. T. Christi nomen est. Neque tantæ autoritatis est Codex Alexandrinus, ut tanto consensui opponi mereatur. Sed & aliam rationem profert Vir Maximus. *Christus*, inquit, est nomen hominis, quem tum temporis non extitisse certum est. Responsio est facillima. Christus hic ponitur pro Filio Dei, qui postea in plenitudine temporis assumpta humana natura dictus est Christus; ut sit hic synecdoche quasi integri, quemadmodum & in aliis scripturæ locis. Sed consulte eos, qui pluribus hunc textum Paulinum pro Deitate Filii militantem adversus



illi tentavere in Veteri Testamento, Jehova dicitur. Hinc ergo sequitur, quod is, qui populo apparuit in deserto, fuerit λόγος Dei.

§. V.

Sententia, quæ Logo promulgationem Legis assignat, ab HVGONE GRO-TIO in *notis ad Decalogum* ut gravis error notata est. At non solet hic Vir ingeniosus antiquas opiniones rodere, atque contrariam sine rationibus proponere. Ita etiam hoc loco duas rationes affert.

§. VI.

Priorem desumit ex primis Epistolæ ad Ebræos verbis: *Deus multis vicibus & modis locutus patribus per Prophetas, diebus vero hisce novissimis locutus est nobis per Filium.* Posteriores rationem adducit ex secundo & tertio versu *Cap. II.* ubi sanctus huius Epistolæ autor Evangelium legi præponit: *Lex lata fuit ab Angelis, id est, inquit, ab Angelo personam Dei referente, atque ob hanc rationem*

eiusdem hostes vindicarunt, nimirum BVLLVM in *defensione fidei Nicana Sect. I. p. 12.* WOCKENIVM in *Mo-*

*se Harmonico Part. I. p. 149.* WHITBY in *paraphrasi in h. l.*



nem S. Stephanus de eo, in nomine singulari loquitur, atque simul à multis aliis Spiritibus istum gloriosum comitatum illustrantibus; *Evangelium autem per Dominum Jesum Filium Dei.* Idem sentit **CVRCELLÆVS** *Institut. Theol. p. 40. 41.*

### §. VII.

Quod ad priorem rationem attinet, unico illam acroamata è medio sustulisse suffecerit. Deus olim locutus est per Filium suum, velut per Logon aut Ministrum, & temporibus novissimis per Filium suum incarnatum. Idem Epistolæ ad Ebræos Autor dicit de Throno Christi, veluti Logu Dei, quod fuerit ab æterno, & tamen probe novimus regnum illud, quod ut Messias & mediator incarnatus, & verbum caro factum possidet, tunc demum appropinquasse, cum præcursor eius Johannes officium Baptistæ in se susciperet. Nec **JUSTINVS MARTYR** se in errore versari existimavit, quando dixit in *Apolog. I. p. 48. 49*: Quod λόγος locutus fuerit de rebus futuris, tam per Prophetas, quam per se ipsum, quando easdem nobiscum infirmitates in se suscepit. Verbum erat Dei minister ante legem & sub lege, sed non eodem modo

do



do, ac sub Evangelio. TERTVLLIA-  
NVS *de resurrect. carnis* sect. 51. p. 357.  
inquit: *Jesus-Adam novissimus et si sermo*  
*Primarius. Et adv. Prax. p. 509. Con-*  
*stat eum semper visum fuisse ab initio, qui*  
*visus fuerat in fine. Temporibus legis*  
*verbum non locutum est immediate.*  
*Quomodo enim divina substantia ex se*  
*ipsa potest vocem naturalem edere? (f).*  
*Locutus itaque est, uti ego quidem sen-*  
*tio, per præcipuum quendam Angelum,*  
*cuius formam assumpsit, citra unionem*  
*personalem, qui ei & motum dedit mi-*  
*raculosum, vel in aure vel in cerebro.*  
*Sub Evangelio verbum locutum est pro-*  
*prio ore suo, quod assumerat in una ea-*  
*demque persona naturam humanam.*  
*Vocabulum autem persona, si licet face-*  
*re duarum vel trium linearum digressio-*  
*nem,*

(f) Nescio cur eiusmodi  
difficultates hic necesse noster  
TENNISONIVS. Aequè  
difficile est concipere, quo-  
modo Angelus, qui Spiritus  
est, vocem possit formare,  
quam demonstrare, quomo-  
do substantia divina ex se  
ipsa vocem naturalem edat.  
Quis est, qui demonstrabit,  
qua ratione mentes separatae,  
Angeli que cogitationes suas

sibi invicem patefaciant, de  
quo argumento consulendus  
WERENFELSIUS in *differ-*  
*tatione de loquela*, quæ O-  
*pusculis eius Theologicis &*  
*Philosophicis inserta est. Non*  
*video itaque, cur Autor no-*  
*ster ubique Angelum substi-*  
*tuat, per quem Deus vo-*  
*cem formaverit. Nihil sane*  
*hoc aliud est, quam difficul-*  
*tates difficultatibus addere.*

F



nem, non meretur clamores Sociniano-  
rum, qui illud aggrediuntur, maxime  
si illud consideramus, uti nunc facimus  
cum relatione ad Christum velut πρόσωπον  
faciem vel Schechinam, Deum repræsen-  
tantem. Qui itaque recte distinguunt in-  
ter Christum veluti Dei verbum, & Sche-  
chinam sub priori fœdere, & inter Chri-  
stum, quatenus mediatorem & Filium  
Dei incarnatum sub Evangelio, ii haud  
magnopere admirabuntur scripturæ loca,  
quæ aliquando de præexistentia Christi  
loquuntur, & frequentius de eius adven-  
tu in mundum certo tempore facto agunt.  
Eadem observat LE BLANC in *Thesibus  
Theologicis: An Christus sit mediator secun-  
dum humanam naturam & divinam* sect.  
23. p. 812. Favet hic sententiæ de præ-  
existentia Christi. Agnoscit eum velut  
ministrum Dei antiquitus, verum non  
proprie ut mediatorem. Hæc enim vox,  
quæ propria eius verba, indicat officium  
Christi sacerdotale, ac necessario requi-  
rit, non solum missionem personæ divi-  
næ ab alia persona, sed etiam divinam  
personam incarnatam.

#### §. VIII.

Ex eo, quod in responsione ad prio-  
rem objectionem Grotii proposui, appa-  
ret



ret, sine difficultate posse responderi ad posteriorem. Logos Dei, uti immediatus minister sui ipsius ad populum, Angeli formam assumpsit. Christus sub Evangelio ore suo uti Deus & homo locutus est. Et magnum sane Evangelii mysterium in manifestatione Dei in carne consistit. Anne itaque Apostolo ratio sufficiens adfuit, ut Evangelium legi præferret. Minoris scilicet admirationis est, si nobis divinitatem concipimus loquentem per Angelum, cum quo non habuit unionem vitalem, quam si contemplemur eam sicuti manifestantem se ipsam ut θεάνθρωπον, sive cum humana natura in una persona coniunctam. Hæ fuere cogitationes HILARII Pictaviensis de Trinit. lib. IV. p. 85, qui de præsentis argumento ita differit: *Tunc Deus solum visus est in forma humana, erat enim nondum natus. Nunc, qui visus fuerat, est etiam natus.* ATHANASIVS Opp. Vol. I. p. 86. & p. 537. contendit, quod Christus nominatus fuerit Filius Dei, antequam in carnem venerit. Afferit quoque, quod ipse Moses futuræ incarnationis habuerit notitiam æque, ac apparitionis Logu nondum incarnati.



## §. IX.

Concludo itaque, obiectionibus hisce non obstantibus, æque tutum esse, præfationem Decalogi ita legere: *Christus locutus est omnia verba hæc, & dixit: Quemadmodum Autor fæderis præfationis Saxonice ante Leges Alarici ad calcem Eccles. Historiæ Haymonis hanc explicationem quarti præcepti dedit: Nam in sex diebus Christus fecit cælum & terram.* Deus, qui per Logon suum omnes leges phycas tulit, per idem Verbum & Legem moralem dedit Israëli. *Initio istius legis, inquit AVGVSTINVS Epist. 119. Deus prohibuit adorationem cuiusvis imaginis, præter unam imaginem, quæ est eadem cum ipso, id est Logo Filium suum, quem Moses vidit.* Promissio ei facta erat, quod Deus conversaturus esset cum illo per apparitionem conspicuam, & quod esset intuiturus similitudinem vel imaginem, vel ut Septuaginta reddunt τὴν δόξαν gloriam vel gloriosam Schechinam Dei. *Num. XII, 8. (g)*

## §. X.

(g) Disputavit hætenus Autor noster occasione loci Paulini *Gal. III, 19.* adversus eos, qui legem non per λόγον, sed per Angelum quendam creatum, personam Dei referentem, latam fuisse,

affirmant quales in primis sunt Sociniani, quibus assentiuntur GROTIUS & CLERICVS in *Commentario in Exod. XX.* Inter recentiores hunc locum mascule contra eosdem vindicavit Cl. ELSNERVS in



§. X.

An Moses in promulgatione legis viderit Schechinam in figura humana, nos

F 3 non

*Exercitatione de lege per Angelos data.* Sententia viri doctissimi hæc est: Legem per Angelos promulgatam esse nomine, autoritate, verbisque magni Angeli, hoc est, æterni Dei Filii illustrissimo modo præsentis. Argumenta, quibus hanc suam loci allegati explicationem munivit, hæc sunt:

1) Deum illum *Act. VII, 38.* Deum esse & quidem Dei Filium, siquidem Filius, non Pater, hoc nomine in scriptura vocari solet.

2) Deum in monte Sinai vere descendisse. *Exod. XIX, 9-19. Exod. XX, 1.*

3) Legem promulgatam esse nomine, autoritate, verbisque Angeli illius seu Filii Dei. Quam thesin sequentem in modum probat: Angelus iste, qui in monte Sinai apparuit, dicitur *ὁ λαλῶν Act. VII, 38. Exod. cap. XX.* dicitur: *Jehova locutus est.* In aliis vero scripturæ locis expresse memoratur: Legem promulgatam esse per Angelos. *Ebr. II, 2.* Ut itaque locutionibus hisce, sibi apparenter contrariis, satisfaciat, rem ita exponit: Ma-

gnum illum Angelum locutum esse per Angelos, seu quod idem est, Angelos legem promulgasse nomine, autoritate, verbisque Filii Dei, siquidem & ille dici solet loqui, cuius iussu & verbis quisquam loquitur, quod ex *Cap. XVIII, 6. Exod. & Job. XI, 3.* uberius illustrat. De modo promulgationis Autor doctissimus hæc habet: Vocem illam, qua Israëlitæ decalogum recitari audiverunt, cum tonitru & tubæ sono coniunctam fuisse. *Exod. XIX, 16. XX, 15.* quam magnificæ huius promulgationis circumstantiam ita Autor exponit, ut asserat: Vocem illam per Angelos esse formatam, siquidem scriptoribus sacris sub tubarum sono & tonitru linguas Angelorum repræsentare, non insolitum sit, quod ex plurimis dictis, Autorumque profanorum locis, pluribus evincit: Ad me quod attinet, sic sentio: Securius esse, si in enodatione locorum citatorum literæ inhæreamus, quæ innuit: Deum ipsum locutum fuisse, ita tamen, ut legis promulgatio inter diates-



non docet. Veruntamen non sequitur necessario: Mosen vel Aaronem nullam vidisse figuram, propterea, quia populus nullam vidit. Quodsi enim populus figuram aliquam vidisset, qui fuerat serviliter educatus, & imaginatione sensibusque nimium abutebatur, omnino periculum futurum, ut ea figura abusus esset, & ad formam eius idola construxisset. Ab eo autem periculo Moses liber erat, quippe qui vir doctus & sapiens. Est autem ab omni ratione haud alienum statuere: Mosi una cum exhibitis tabulis aliquam humanam figuram apparuisse *Exod. XXXIII, 23*. Dicitur enim vidisse Deum à tergo vel posteriorem averfam hominis partem, vel potius minorem splendoris Schechinæ gradum. Nam neque Moses, neque ullus homo vivus ferre posset faciem, sive plenum Schechinæ splendorem, quem fortasse videre Angeli potuerunt, tunc ad ministerium ordinati. Ita desiderium Mosi, si rem ipsam spe-

ysis inter dispositiones Angelorum, id est, inter tubarum strepitum, imo inter tonitrua & Fulgura fuerit perfecta. Quodsi enim omnes & singuli Angeli huic actui præsentibus clamassent, vox Judæis fuisset imperceptibilis,

minimeque a populo potuisset intelligi. Sed vide quæ CALOVIVS in *Bibliis Illustratis ad Exod. XX*, & RVSSIVS in *dissertatione de Vario Mosi in montem adscensu* adversus GROTIUM & CLERICVM monuerunt,



spectes, idem ac Eudoxi fuit, qui desiderabat videre solem, qualis est in se ipso (h). Si id quidem Mofi fuisset concessum, curiositatem vita sua redimere debuisset, & certe tunc adspectus totius faciei divinæ minus erat necessarius, quia Deus eo ipso tempore Schechinam promiserat, ut præsentiam suam in tabernaculo exhibendam, *Exod. XXXIII, 14.* quæ cum Mose ambulatura esset, eumque defensura adversus incredulitatem populi: Schechina autem eam formam sapienter assumserat, quam populus ferre poterat (i).

F 4

§. XI.

(h) Credibile non est, Mosen credidisse: Deum ipsum ab homine conspici posse, veluti meliora de essentia eiusdem infinita edoctus, quod contra CLERICUM notandum in *Comment. in Exod. Cap. XXXIII.* Multo probabilius est, Mosen his vocibus *gloria & facies Dei* denotasse non ipsam Dei naturam, sed speciem externam, qua apparente, Deum singulari ratione adesse intelligunt ipsi Angeli, & qua in cælo indutus præsentem se præbet. Huius speciei tantus est splendor, ut mortalium oculis, sine eorum pernicie obversari nequeat. Vocat hoc *Jobannes I. Ep. III, 2.* Ὁπῆαυεῖται

θεὸν καθὼς ἐστὶν videre Deum qualis est. Et *Paulus I. Cor. XIII, 12.* huc, ut videtur, respiciens, βλέπειν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, videre faciem ad faciem. Hoc certe e loco superius citato *Exod. XXXIII, 14.* apparet: Mosen aliquid amplius petere, quam quod Deus ipsi sponte dudum concesserat, adeoque & *gloriam & faciem Dei* quidpiam significare, quod nondum a Mose conspectum fuerat, neque etiam ullorum unquam oculis mortalium usurpatum est.

(i) Dubium plane non restat, si nimirum textum *Exod. XXIV, 9.* consulas, Mosen



## §. XI.

Dum Moses istud specimen apparitionis in monte intuebatur, & leges a Schechina accipiebat, populus vero neque gloriam Dei in nubibus, neque in flamma, quam ante, Mose montem adscendente, vide-

aliquam figuram & quidem humanam in monte conspexisse. Aspexerunt enim Moses, Aaron, Nadab & Abihum cum Senioribus populi Deum Israël & sub pedibus eius velut opus pavementatum sapphiro, & velut corpus ipsum cœli nitore. Intuebantur itaque Deum Israël non quidem in sua essentia, sed in symbolo quodam præsentis maiestatis & gratiæ, & quod WITTSIO in *Miscell. S. P. I. L. I. cap. XVII.* aliisque placet, sub specie hominis stantis in solo gemmeo, sicut & Esaias & Ezechiel & Daniel Deum viderunt. Hoc enim verba textus innuunt, ubi pedum Dei fit commemoratio, neque obstat, quod *Deut. IV, 15.* Moses dicat: *Nam non animadvertistis ullam similitudinem, quo die allocutus est Jehova vos in Horeb e medio illius ignis.* Sermo enim ibidem de alio est tempore, de die nimirum promulgatæ legis, aliisque personis, & dirigitur ad po-

pulum universum, qui nihil de Deo tum vidit, non ad Seniores, quos certe aliquam Dei speciem vidisse, demonstratum est, siquidem pedes eius viderunt. Quod notandum contra PATRICK Episcopum Eliensem, qui in *Commentario ad h. l. ex Deut. IV,* urget: Nullam hic Mosi, Senioribusque apparuisse figuram. Cæterum quæ ad illustrandum hoc divinæ maiestatis symbolum, in specie thronum sapphiro pavementatum, pertinent, pluribus exsecuti sunt JÜNGST in *disser-tatione de sanctione fœderis Sinaitici per illustrem visionem ad Exod. XXIV.* SCHEVRMANN in *seiner Auslegung über die Offenbarung Johannis Part. II. p. 474.* BRAVNIVS de *vestitu sacerdotali Lib. II. cap. VII.* & RVEVS de *Gemmis Lib. II. Part. I. cap. 2.* quibus addendus LAMPIVS in *Geheimniss des Gnaden-Bundes Part. III. p. 375.*



viderant *Exod. XXIV*, 16. 17. neque columnam ignis ac nubis, sicuti in deserto, neque ipsum Mosen, quem existimabant, suum & Schechinæ mediatorem esse, conspiceret; Dum quoque per quadraginta dies & per quadraginta noctes in hoc statu desolato degissent, absentiam Schechinæ tam graviter tulerunt, ut precibus importunis, ab Aarone Symbolum præsentiaæ divinæ extorserint, per quod, quemadmodum Moses antea fecerat, in via duci possent. Aaron itaque clamoribus ipsorum fatigatus imaginem auream conflavit, quæ aliquo modo formam Schechinæ repræsentabat, quam cum Nadab & Abihu, & septuaginta Senioribus in monte viderat. Vidit ibi Deum Israëlis, id est, sicuti *LXX.* Interpretes Vocabulum Ebræum exponunt τὸν τόπον locum vel thronum, vel sicuti *Targum Onkelosi* id reddit, *gloriam* vel *Schechinam Dei*, non autem sicut *Oleaster* asserit, pavementum solum, quod postea memoratur. Et in ipsa Schechina apparebant Angeli. Autor enim Epistolæ ad Ebræos, in eo loco, ubi Evangelium legi certo respectu opponit *Cap. XII*, 18-24. innumeræ multitudinis Angelorum mentionem iniicit, eamque minori numero An-  
F 5 gelo-



gelorum, qui in monte Sinai fuerant, opponit. Angeli ministeriales erant pro more Cherubim *Ezech. IX, 3.* & Cherubim apparebant cum capitibus, quæ capitibus boum erant similia. Cum itaque forma capitis eorum solum a Propheeta indicetur *Ezech. IX, 1-10.* LACTANTIUS si recte coniicio *de Vera sapientia L. 4. p. 376.* & HIERONYMVS *Comment. in IV. Cap. Hoseæ* hanc imaginem auream vocarunt *caput vituli aureum.* Hanc arbitror fuisse figuram Cherubis, etsi ea sententia forsan non placebit pictoribus, qui eam vultu iuuenis rotundo pingunt. Colligo hoc ex Propheta Ezechiële. Hic in visione rotarum enarrat *Cap. X, 14.* quod quælibet habuerit quatuor facies, prima nempe faciem Cherubis, secunda faciem hominis, tertia faciem Leonis, & quarta faciem Aquilæ. Cum autem facies Cherubis, ordinaria sit facies hominis, rotæ non habuerunt quatuor facies differentes, sed una ex iis scilicet secunda habuit duas facies, scilicet faciem hominis & faciem Cherubis. Si autem hæ duæ, prima nimirum & secunda fuissent similes, Propheta sine dubio alio fuisset usus loquendi genere, dixissetque: Priores duæ facies erant facies hominis. Sed  
evi-



evidens est, si comparemus hunc locum Ezechiëlis cum v. 10. *Cap. I.* quod facies Cherubis sit facies bovina. In hoc enim versu, ut hic, mentionem facit trium posteriorum facierum, illasque vocat facies hominis Leonis & Aquilæ. Sed quod ad primam faciem attinet, quam hic vocat faciem Cherubis, eius loco nominat faciem bovis. Collatio horum locorum doctissimum Criticum LUDOVICVM de Dieu movit, ut in Epistola ad GVILIELMVM BOSWELLVM, inter *Opp. Medi* p. 704. hanc amplecteretur sententiam, quod Cherub significet Bovem & derivetur a voce Chaldaica *Cherub, aravit.* Insanus itaque populus, hanc figuram faciei Cherubis vel bovis adorans, gloriam suam, vel gloriosam imaginem Schechinæ Dei, mutarunt in figuram bestię *Pf. CVI, 19.* Mutaverunt gloriam suam in rem, quæ illis non profuit, in idolum, imo in idolum, sicuti habet versio vulgata, quod statua est, omnis auxilii expers. *Jerem. II, 11.* Mutaverunt veritatem Dei in mendacium *Rom. I, 13.* & veram Schechinam Dei in idolum, quod est vanitas (k). Aaron fecit illud ut Dei  
Sym-

(k) Ex eo, quod hæc-  
nus Autor noster de aureo  
Aaronis vitulo peroravit, ap-  
paret, eundem sequi MON-  
CEJVM, qui in *Aarone pur-*  
*gato* statuit: Aaronem hunc



Symbolum, quod revera non erat. Populus illud cultu religioso prosequeretur, præter eius intentionem ac more Ægyptiaco (1). Hac infania ira Dei & Mosis accendebatur. Verum benignissimum Numen non penitus amovit gratiam suam a populo idololatria contaminato. Moses enim secunda vice evocabatur in montem, atque illinc attulit renovatas legis tabu-

bovem finxisse ad exemplar Cherubi, cui Deum insidentem viderat, cum apparuit Senioribus *Exod. XXIV*. Verum de iis, quæ MONCEJVS in enodatione huius versionis fingit, ne γεῦ quidem in loco citato reperitur. Legimus enim ibidem, Mosen, Aaronem, Nadab & Abihu & septuaginta Seniores viderisse Deum habentem sub pedibus tanquam opus lapidis Sapphirini, aut tanquam cælum cum serenum est. At Cherubo fuisse vectum, eoque vituli specie, nusquam legitur. Quin Deus diserte negat tum Israëlitis apparuisse ullius animalis speciem *Deut. IV, 15*. Nihil itaque falsius, quam quod sibi fingit MONCEJVS Deum vitulo vectum se præbuisse conspiciendum. Conf. BOCHARTVS in *Hierozoico Lib. II. cap. XXXIV*.

(1) Suspicio, TENNISONIVM iis annumerandum esse, qui nisi defendere, saltem excusare satagunt Aaronis factum. In *Schemas Rabba* Judæi tradunt: Furore populi eo adactum fuisse Aaronem, qui ipsum perinde ac *Hurem*, qui huic reituisse dicitur, facto iniquissimo interficiendum minabatur. Jungendi sunt hisce PROCOPIVS & MONCEJVS in libro *de Vitulo Aureo*, quorum uterque Aaronem excusare annisus est, argumentis, quæ ut a BOCHARTVS inquit ipsi Aaroni in mentem non venerunt, cum a Mose accusaretur. Qui interim de more Ægyptiorum, adorandi bovem, legere velit, adeat BOCHARTVM l. c.



tabulas & statuta Israëlis, & autographum tabernaculi, & post descensum eius radii lucis gloriosæ diffuebant e facie eius, ac si fuisset altera Schechina, quæ commodatos sibi a vera Schechina radiositerum reflectebat.

§. XII.

Tabernaculum, quod Deus iam delineaverat, & cui condendo Moses se accingebat, erat tantum typus templi, multis annis post a Salomone construendi. Atque in eo dedit populo, loco secularium ænigmatum & vanorum hieroglyphicorum Ægypti, schema excellentius in magna & typica fabrica, quæ exhibet in tribus suis spatiis tres cælos, de quibus Judæi tam sæpe loquuntur, & elementare & astrale & supra cæleste. CHRYSOSTOMVS cum de hoc opere Dei loquitur, vocat id imaginem totius mundi tam sensibilis quam intellectualis, atque suam sententiam &c. *cap. IX. ad Ebræos v. 24.* adstruere conatur, ubi loca sacra manibus facta, vocantur figuræ locorum verorum & cælestium. vid. ipsius *Homilia de Nativit. Volum. V. Opp.*

§. XIII.

Hac ratione itaque allubuit Deo imagin-

gina-



ginationibus Judæorum, per visibile schema throni sui & scabelli pedum, succurrere. Opus infinitum foret, per singulas partes examinare omnia, quæ ad tabernaculum five templum pertinent. Quodsi vero arcam non in specie considerarem, in maiorem inciderem negligentiam, quam negligens Astronomus, qui in descriptione cœli solem præteriret.

#### §. XIV.

Arcam fœderis consideratam cum omnibus, quæ ad eam pertinent, Deus dedit Judæis in locum omnium statuarum vel creaturarum, vel apparitionum dæmonum, quam phantasia pia seducti colere poterant, & in quibus dæmones iam tunc temporis, vel in posterum, imaginem quandam gloriosæ Schechinæ repræsentare possent. *Homines, inquit MAIMONIDES in More Nevochim Part. III. cap. 45, construxere templa in honorem stellarum, atque in iis erexere imaginem quandam consecratam huic vel illi idolo in cœlis habitandi, eique unanimum præstiterunt cultum.* Hinc præcepit Deus templum sibi construi, cui arca imponeretur, & arcæ duæ tabulæ lapideæ, quibus inscriberetur: *Ego sum Dominus Deus tuus,*

☩



¶ tu non habebis Deos alios præter me.  
Tota arca erat singulari ratione typus  
Θεανθρώπις, qui imminebat destruendis  
Diaboli operibus. Hæc virtus Christi in  
arca apparens manifestabatur in miracu-  
losa eius de Dagone victoria, idolo scili-  
cet quodam maritimo, quod Asdodi ur-  
be Palæstinæ colebatur. Procidit hoc co-  
ram arca humi stratum, manibus pedi-  
busque truncatum, & nihil maiestatis  
potentiæ vel sapientiæ præ se ferens,  
plane ut truncus arboris. 1. Sam. V, 4.

§. XV.

Hæc arca non erat proprie imago in se  
ipsa, sed cista auro tecta, repositorium,  
in quo asservabantur κειμήλια duarum ta-  
bularum. Attamen per illam Deus mo-  
do quodam hieroglyphico, etsi non per  
imaginem pictam vel apparitionem, vi-  
dendum se exhibuit, velut Rectorem su-  
premum, qui per legem scriptam, rem-  
publicam Israël moderaretur. MON-  
CEJVS in Aarone purgato hanc arcam de-  
ducendam statuit a Σορὸν, cista vel arcula  
Apidis memorata apud PLVTARCHVM  
de Iside p. 362. Verum hæc cista sequio-  
ris ævi est, vetustissimisque Ægyptiis  
plane ignota. Potius ad Serapia Græco-  
rum,



rum, cuius nomen inde descendisse dicebatur, ea pertinuit.

§. XVI.

Tota quoque arca videtur quibusdam currus Dei triumphalis ab Angelis in forma animantium, quæ currus Regum Orientalium trahere solebant, motus. Hanc Pompam Poëtæ ad cælum usque extulerunt, quando de curribus Deorum suorum dicunt. Currus autem veri Dei ab Angelis in nubibus trahitur, non ut thronus, qui non movetur. Causam, cur Cherubini additi fuerint, iam antea suggestimus. Ideo videlicet additi sunt, quia λόγος Dei apparens sub Schechina, Angelis & inprimis Cherubinis circumdatus erat. MAIMONIDES de *fundam. legis sect. 8. & 9.* arbitratur: Cherubimos esse ordinis infimi, excipit tamen eos, quos *Ischim* vocat, quos credit locutos fuisse cum Viris inspiratis, eorumque conspectui in visionibus prophetis exhibitos. Ad integrum quidem examen figuræ Cherubimorum, non fertur animus meus, noloque cum exacta & curata industria inquirere, utrum forma Angelorum ea sit, quæ iis vulgo tribuitur, an hæc vulgaris forma merum emblemata sit proprietatum

tatum



tatum eorum. Scriptura docet, quod celeriter se sicut flamma & ventus moveant, nunc autem unusquisque intelligit, alas celerrimi motus esse instrumenta. Narrat quoque scriptura de illis, quod oculi illorum perstringantur splendore gloriæ Dei, adeoque ulteriori commentatione non indiget, quare faciem suam alis tegant. Curiosa interim singulorum interpretatio, quæ de illis traduntur, ut & arcæ, in qua collocati fuerunt, recta via nos ad eas meditationes ferret, ad quos sapientia divina nunquam nos duci voluit. Huius indolis utique est meditatio GREGORII NYSSENI de *Vita Moſis Tom. I. Opp. p. 225*, qui vult per annulos arcæ significari Angelos, qui instar annulorum vel vadum gratiæ ad hæredes salutis missi sunt. Sufficit nobis contemplari arcam velut vas sanctum, Dei referens maiestatem, una cum domicilio eius cœlesti, ut & moderamine legis eius, simulque eam consideremus ut Typum Christi. Ut vero omnes bacillos & annulos & clavos allegorice & præter naturam explicemus, necesse non est. His rationibus ductus CALVINVS in præcept.

G

cept.



cept. 2. studio abstinuit a scrupuloso arcæ  
scrutinio (m).

§. XVII.

Inter Cherubimos & supra operculum  
Arcæ apparuit quasi in curru maiestatis  
λόγος Dei in fulgore admirabili, nubibus  
tamen temperato (n). Ita λόγος appa-  
ruit

(m) Optandum omnino  
esset, ut non solum reforma-  
tæ Ecclesiæ Doctores, sed &  
plurimi inter nostrates, hanc-  
ce *Tennisonis* regulam sibi  
haberent commendatam, ne  
in investigando tabernaculi  
Levitici sensu mystico ubi-  
que apices quærent, quo  
ipso tamen magno conatu  
apud prudentiores, sæpissi-  
me nihil agunt. Profecto  
censura quadam digni sunt,  
qui vestigia *Johannis Cocceji*  
secuti, vel potius transgres-  
si, Christum quærent, ubi in-  
venire ipsum non licet, &  
invenisse eundem putant,  
ubi alii non facile quæsi-  
verint. Laudabile est studium,  
laudabilis zelus, quo typos  
Messiam adumbrantes, Sal-  
vatori nostro religiose vindi-  
cant. Verum diligenter sibi  
caveant velim, ne vaticinia  
V. T. contorquendo, res-  
que ad cultum Leviticum  
spectantes sinistre explican-  
do, Judæis nominis Christia-  
ni hostibus, nec non ipsis

Christianis, austeris studii  
prophetici & typici osori-  
bus, offendiculo fiat. Inte-  
rim tamen legi merentur,  
quæ *NICOLAVS HUNNI-  
VS in Homil. Typ. in Evan-  
gel. Dominic. I. Advent.* de  
applicatione arcæ fœderis ad  
Christum pie monuit.

(n) Extant loca nonnulla  
in scriptis Mosais, eaque  
notatu digna, quæ hanc ap-  
pationem Schechinæ supra  
operculum arcæ conspicuæ  
luculenter probant. Sic  
*Exod. cap. XXV, 22.* dicitur:  
Deum Mose pollicitum fuisse,  
se de loco, qui super propi-  
tatorium in medio Cherubi-  
morum erat cum ipso locutu-  
rum. *Num. VII, 8. 9.* legi-  
tur: Mosen postquam taber-  
naculum esset ingressus, de  
propitiatorio vocem Domini  
audivisse. *Levitic. cap. XVI,*  
*2.* mentio fit nubis, super  
propitiatorium existentis,  
&c. qua Deus, se collocutu-  
rum cum Aarone promiserat.  
Interim tamen nonnullæ dif-



ruit populo, cum Moses ascenderet in montem. Ita Ezechiël eundem in visione conspexit in nube fulgore cincta, idque vocat gloriam super Cherubim *Cap. I, 4. 5. IX, 3. X, 3. 4.* Dubio procul visio ista erat visio in templo usitata, non tamen penitus ea, quæ antea in tabernaculo fuerat, sed ex sacris donamentis Salomonis, qui bœves & leones æneo lavacro addidit, prognata. Sunt quidem, qui hæc putant ansam dedisse ad futuram Idololatriam, imo originem dedisse leonibus,

G 2

quos

ficulantes adsunt, quibus huius apparitionis divinæ explicatio manet obnoxia. Sic nescimus: An Moses semper ex omni tempore responsum aliquod de throno Gratiaë nactus fuerit. Latet nos, an ista nubes, cuius *Levitic. cap. XVI.* mentio iniicitur, ab illa, quæ tabernaculo imminebat, & de qua *Num. IV.* legitur, distinguenda sit. Dubii quoque monemur: An nubes illa, quæ super tabernaculum videbatur, ea fuerit, ex qua Moses vocem Domini audivit, vel an alia quædam nubes extiterit, huic negotio destinata. Verum fit ita, multa hic nobis obvenire dubia, quæ solutionem solidam adhuc exspe-

ctant, iis tamen suffragari nunquam possum, qui statuunt: Nubem illam, ex qua Deus se locuturum promiserat, nihil aliud fuisse, nisi fumum, qui è thuribulo Pontificis Maximi in die expiationis in altum coram propitiatorio ascendebat. Provocant quidem huius sententiæ defensores ad locum *Levitic. XVI, 13.* in quo fumus ille e thuribulo exurgens *nubes* dicitur. Enim vero, si locum allegatum evolvimus, statim videmus, hunc fumum non ita nude nubem appellari, sed nubem suffitus, ut scilicet similitudo saltem indigitetur, quæ est inter nubem & suffitum sanctuarii.



quos sub curru solis collocat HORVS APOLLO, vid. *Cuperi Harpocrat.* p. 15. 16. & PORPHYRIVS, qui vocat solem *στυρον λιοντα, δρακοντα, ιερακα.* Quia vero eæ boum & leonum imagines ad usum servilem pertinebant, tanto minus periculum ab iis timendum erat. Quod porro attinet ad apparitionem Logu in nube fulgida, observandum quoque est, quod gloria Dei dicatur apparuisse in tabernaculo, & quod in *Psalmo LXXVIII, 60.* Arca vocetur Gloria Dei, vel iuxta *LXX. καλλονη* decor eius formosus. Quod porro David vidisse se dicat *δοξαν Ps. LXIII, 2.* vox quam Septuaginta adhibent de Schechina Dei, gloriam vel radiantem præsentiam Dei in sanctuario. Quod denique Cherubim Arcæ *Cap. IX.* ad Ebræos vocentur Cherubimi Gloriæ. Apparet præterea, quod is, cuius gloria fulgebat in arca, *λογος* fuerit, quemadmodum multa alia loca scripturæ, quæ de arca non aliter loquuntur, ac de typo Dei incarnati testantur. Christus ante suam incarnationem propitiatorio quasi throno suo infidebat, arcam legis sub pedibus habens, siquidem illa arca in Codice Sacro scabellum pedum eius dicatur *Pf. XCXIX, 5. Es. LX, 13.* Et hoc videtur antea

tea



tea monstrasse se ipsum in Officio Regio, Prophetico & Sacerdotali. In Regio quidem, quia throno suo aureo infidebat, legemque ostendebat; In Prophetico, quia respondebat iis, atque consilia è medio Cherubimorum flagitantibus dabat, unde & Ebræi sanctuarium vocabant: *Domum Consilii*, vid. *autor except. de Tradit. Ebr. in Paralipom. inter opera HIERONYMI Tom. III.* Tandem in Sacerdotali, quia sedem habebat propitiatorium sive sedem gratiæ. Cum ad locum pervenero, ubi loquendum erit de verbo incarnato, convenienter loca scripturæ citabo, quæ de eo Verbo, ut de arca Dei loquuntur. Interea arripio dictum Apostoli, qui mysteria sapientiæ & amoris divini, in incarnatione Christi manifestari docens, aperte alludit ad Arcam, & ad facies Cherubimorum Schechinæ obversas, quæ mysteria Angeli cognoscere avidissime cupiebant. *1. Petr. I, 12.* Hæc arca fœderis Mosaici vocatur in Psalmis *Facies Dei i. e. Schechina Dei, Ps. 24. & 42.* Imo scriptura alibi eidem arcæ & ei integræ quidem, & simul cum præsentia Logu coniunctæ nomen Dei imponit.



## §. XVIII.

Cum Deus quasi condescendisset ad hanc Schechinam dandam, imposterum maius peccatum fuisset, si Judæi citra promissionem divinam, ullam statuam vel veri, vel falsi Dei parassent. Atque hoc ipsum secundo præcepto nuper lato, gravissimum pondus addidit. Qua enim ratione Judæi impelli potuissent ad novam quandam Schechinam erigendam, cum iis à Deo ipso aliqua una data esset. Una scilicet Schechina, quæ nihil detrahit de Maiestate Dei, quod autem faciunt imagines, sufficiebat & secundum CLEMENTEM ALEXANDRINUM *Strom. L. 5. p. 559.* & secundum ipsam veritatem. In nulla enim Schechina erat Deitatis expressio externa, sed solummodo gloriosissimum & visibile signum præsentia & auxilii divini invisibilis.

## §. XIX.

Quia ergo arca neque Deus ipse, neque imago eius erat, ideo nec adoranda, quamvis procul dubio sublimis honor ei habendus esset & a vulgari usu secerneretur. Verum est, quod VOLKELIVS de *vera Religione lib. 5. cap. 24.* recte observat adversus BELLARMINUM, qui ab  
hac



hac arca argumentum pro imaginibus ducit sc. magnum nimirum discrimen esse inter imaginem vel emblemata expresso Dei præcepto constitutum, & in quo secundum eius promissionem ipse eminenti modo præsens erat, & inter eas imagines, quas neque præcepit, neque præsentia suæ consecravit. Verum nulla hinc deducenda est argumentatio, quod arca vel Cherubim ipsius Dei iussu fuerint obiecta adorationis. Cordi incumbere unice adorare Deum immensum, in Schechina apparentem, quamvis in hoc ipso adorationis internæ actu, externa corporis reverentia non potuit non arcæ præstari. Mens nostra non ubique se intra tam arctos limites continere potest. Imo idem accidit, ubi Regibus reverentiam exhibemus, quo actu, non præcise vestimenta, vel sedilia eorum sensu abstracto, consideramus. Interea tamen coram ipso Principe, non vero coram vestitu, vel sede eius, nos incurvamus. Absurdum itaque est dicere cum BELLARMINO de *Inag. l. 2. c. 12*, quod Cherubini super arca necessario debuerint adorari, una cum arca ipsa; neutrum enim adorabatur, nec ipse Sche-



chinæ fulgor (o). Hic enim fulgor, non ipse Logos, sed tantummodo signum gratiosæ eius præsentiaæ erat. Deus solus solummodo erat obiectum adorationis, arca & Cherubimi autem erant circumstantiaæ gloriaæ eius adhærentes, versus quas, & non ad quas externam adorationem Pontifex Summus dirigebat. Non autem de arca Typica idem, ac de arca vera, quæ est Dominus incarnatus, cogitemus. In hoc enim divina & humana natura ita junctæ sunt, ut Christiani eum semper ut Θεάνθρωπον adoraverint, licet CYRILLVS profiteatur, *lib. I. Respons. ad Julian.* quod ii omnem hominis cultum ἀνθρωπολατρείαν abominentur. Scio, quod sæpissime verba Davidis citentur pro arca ipsa adoranda *Pf. XCIX, 5. Procidite coram scabello pedum eius, quia est illud sanctum vel ille sanctus*, quam versio-nem iure correximus, cum olim legere-tur: *Adorate scabellum pedum eius.* Hæc lectio

(o) R. LIPMANNVS testatur hoc num. 61. libri NIZ-ZACHIM, dum sic loquitur: *Quando nos incurvavimus coram Arca sancta, quæ legem continebat testimonii, non id eum in finem fiebat, ut vel Arca divinitatem tribueremus, aut eam colere-*

*mus, sed Dominum univèrse adoravimus, cuius sanctuarium ibi erat. Unde ex ipsis Pontificiis G. VASQUEZ in disp. 104. largitur: Imagines istas in statu ac modo adorationis accommodato non fuisse positas, sed tanquam ornamento.*



lectio æque inconsiderata est, ac illa de tollendis manibus ad Arcam sanctam altissimam, inter Psalmos vulgo in Ecclesia decantatos *Pf. XXVIII, 2.* veluti quæ potius tolerantur, quam iubentur. Dum Poëta divinus in loco isto urget Israëlitas ad adorationem Arcæ, nihil amplius agit, quam quisquam alius Poëta, qui inter ecstases humilitatem & prostrati corporis formam depingens, suadet exosculationem genuum vel pedum Regis, vel sandaliorum Papæ. GENEBRARDVS ipse arbitratur, Davidem ad huiusmodi ritus alludere. Et Ebræa quidem lectio interpretanda est, *ad scabellum pedum eius.* TERTULLIANVS Cherubimos Arcæ vocat simplex ornamentum, accommodatum throno, ex quo Oracula edebantur *contra Marcion. L. 2. c. 22.* Equidem HIERONYMVS stabilire videtur adorationem arcæ in his verbis: *Judei temporibus præteritis adorabant, vel venerabantur sanctum sanctorum, quia ibi erant Cherubim, propitiatorium Arcæ.* Ita *T. G. Cath. no Idol. p. 206.* transfert Hieronymum, decimam septimam eius Epistolam ad Marcellum citans. Verum si illi placuisset, potuisset omittere vocem adoratio, & solum uti voce reveren-

G 5

tia.

105  
105



tia. Utique enim HIERONYMVS in ista Epistola, quam S. Paulo & Eustachio inscripsit, urget reverentiam illis debitam, non vero adorationem *Tom. I. Opp.* Ita valde promte & lubentes honorem & respectum, non vero προσκύνησιν (qua voce utuntur Septuaginta) illis habemus, quibus exhibemus homagium per signa externa, & inclinatum corpus, & in templo & in nostris precibus. Talem enim, quam nominavimus reverentiam, ipsi Deo debemus. Ita qui calceos exiit, is eum locum à Deo possideri indicat hoc signo, quamvis ille locus & per interdictum, ne pedibus in eo strepitus excitaretur, satis honoraretur. Nec Hieronymus in loco citato eiusmodi reverentiam vel adorationem designavit, siquidem postea in eadem Epistola, quod T. G. addere noluit, & Manna & Virga Aaronis & altare aureum, quæ Summus Sacerdos non adoravit, licet ea cum reverentia tractaverit, & a vili ususeparaverit, ad eandem classem cum Arca & Cherubimis referuntur. Quemadmodum & Sepulchrum Christi a primævis Christianis non adorabatur magis, quam adorabant corpus Martyris Babylæ, ii, qui circa capulum eius saltabant, cantentes Psalmos & deridentes adorationem

nem



nem idolorum vid. SOCRATES H. E. L. 3. c. 18, cum id e loco Daphnæ dicto transferrent in urbem Antiochiam. vid. Epist. Hieronym. ad Ripar. Presbyt. Opp. Tom. II. p. 118. Sed non opus est, ut abundem in hoc argumento. Tantum hic notabo absurdam GROTII *in Voto pro pace* p. 41. interpretationem, quam miror potuisse e calamo tanti viri proficisci: *Dum, inquit, Catholici (per quos Papiſtas intelligit) profitentur, quod per externa signa honorem Christo exhibeant, quem multi Protestantes agnoscuunt esse præsentem in Sacra Cæna, non minus ἀειλωλάτρευα adoratores panis sunt, quam Judæi erant κισβωλωλάτρευα adoratores, sive ii, qui honorem, Deo debitum, arcæ exhibebant. Enim vero Judæi nullatenus arcam, multo minus eam, ut corpus λογος adorabant. Tales autem Catholici non solum Christum, ut præsentem, sed ipsam substantiam, quam sub adſpectu panis velut corpus Christi naturale, præsentem credunt, adorant. Adeoque si panis vere manet panis, adorant panem, vel quicquid eum esse cogitent. Falsæ enim hominum opinioniones rerum naturam non mutant. Panis est panis, & adoratio eius quod est panis, certe panis est adoratio, etsi ut res*  
alia

107  
107



alia & iudicatur & honoratur. Sic Barnabas & Paulus non evadebant aliæ personæ, licet Lycaonienses existimarent, alterum esse Jovem, & alterum Mercurium, & inducerentur in errorem, ut illis afferrent Sacrificia, quia perceperant, miraculum quoddam per eos est factum *Act. XIV, 8. 10. 13.*

§. XX.

Hæc Arca, quam dixi instrumentum Schechinæ fuisse, non vero obiectum adorationis, aliquamdiu locata fuit in Schilo. Verum usque ad Davidis potius, ac magis proprie ad Salomonis tempus, non erat fixa in certo terræ sanctæ loco. Volebat enim Deus desiderium suæ gratiæ augere atque innuere, quod non esset adstrictus ulli certo loco.

§. XXI.

Præter Schechinam in Tabernaculo & postea in templo præsentem, Deus indulget Judæis aliam specialem præsentiam *λογος* sui, nempe per Ephod & Diadema summi Pontificis *Exod. XXVIII.* In hoc capite dicitur de Ephod sive de veste pectorali summi Sacerdotis, quod etiam nominatur pectorale iudicii, eo quod locabantur in eo *Urim & Thummim*: Biblia nostra



nostra Anglica retinuerunt voces has in idiomate primitivo, quæ etsi in aliis versionibus translatae sunt, lector tamen semper de illarum significatione incertus manet, aliquando etiam in errorem induci potest. Sed videtur potissimum ideo accidere, quia vel puram versionem vulgatam sequuntur, quæ eas voces *Doctrinam & veritatem* reddiderunt; Vel Versionem LXX, in qua eadem per *Demonstrationem & Veritatem* translatae sunt; Vel Syriacam, quæ transposuit *lucidum & perfectum*, vel versionis Samaritanæ lectionem, quæ transtulit eas voces: *Elucidationes & Perfectiones*, vel postremum Arabicam, in qua eæ leguntur reddita: *Dilucidationes & Certitudines*. Interpretes nostri Angli, & ARIAS MONTANVS & ONKELOS, intelligi non possunt, quod transcripserunt ipsas Ebraeas voces *Urim & Thummim*. Veniam lectoris peto in argumento tam obscuro & in dubia sententia, quod coniecturam meam inferere hic ausim, quam probare ne an reiicere velit, libero ipsius arbitrio relinquo. Quod si meam sententiam abiiciet, illi non succensebo, non enim meæ sententiæ demonstrationis virtutem tribuo.

§. XXII.

109  
- 10



## §. XXII.

Ita vero concipio hanc ordinationem Leviticam. Suppono summum Sacerdotem, quem ut Principem Christi Typum confidero, esse *Templum Dei ambulans*. Vestes & pectorale eius una cum *Urim & Thummim* concipio esse apparatus Schechinæ, quemadmodum in ipso templo & tabernaculo Schechinæ instrumenta Arca & Cherubim erant. De Summo Sacerdote confitetur PHILO de *profug.* p. 466, quod eum non æstimaverint solum ut hominem, sed consideraverint ut *λόγον θεϊόν*, *Verbum divinum*. Et propter hanc rationem dixit D. JACKSON *Vol. III. p. 803.* pectorale eius vocari *λόγιον*, vel *τὸ λογιεῖον*. Quod ad ornamenta eius attinet, GROTIUS in *Exod. XXVIII, 4.* ea similia statuit ornamentis templi. *Quatuor colores*, inquit, *& in templo & in his sunt ornamentis. Septem vestes scilicet: Pectorale, Ephod, Stola, Tunica artificiose distincta, Mitra, Zona, vas aureum Exod. 28. quibus addo laminam auream, respondebant Septem Lampadibus. Duodecim gemmæ concordant cum duodecim panibus facierum. Interior materia pectoralis convenit cum velo & sex tapetibus. Estque observatu dignum, quod in Hosea Cap. III, 4.*  
Sche-



Schechina in templo fixa, & hæc in Summo Sacerdote ambulans, coniungantur. Verba Prophetæ hæc sunt: *Minatur Deus: Quod Filii Israëlis permansuri sint per complures dies sine Rege & sine Principe & sine Sacrificio & sine imagine, vel sine statua fixa, sicut in margine legitur, sive sine Schechina fixa, qualis erat Arca, & sine Stola, & sine Teraphim ἄδὲ δῆλων, i. e. sine Urim.* CHRISTOPHORVS enim CASTRVS iudicavit: Teraphim & Urim unum & idem esse. SPENCERVS quidem in *disfert. de Urim & Thummim L. V. sect. 2. p. 251.* suggestit nobis argumenta, quæ id quod *Castrus* per transennam citra probationem aut illustrationem iudicaverat, egregie demonstrant. Ad illum itaque remitto lectorem, cum sententiam hanc vero simillimam iudicem (p), quod scilicet

Urim

(p) Ad illustrationem Auctoris nostri lubet apponere verba JVRIEVI in *Historia Critica P. II. cap. II.* Inquit ibidem: *La plus fausse, qui meme est scandaleuse, c'est celle de SPENCERVS. qui dit, que l'Urim etoit la meme chose que les TERAPHIMS; que c'etoient des simulacres, dont on se seroit pour deviner & rendre des Oracles: que ces simulacres dans l'Urim devoient etre petits, par-*

ceque la doublure du pectoral où ces simulacres devoient etre placez, etoit un petit espace. Ces images fatidiques etoient le moyen, par le quel Dieu ou un Ange pour lui repondoit aux questions du Sacrificateur en lui apprenant ce qu'il devoit faire ou ne pas faire. Il n'y auroit rien eu de plus payen & de plus magicien que cela. Dieu qui sous des peines si expressees avoit defendu l'usage

1000-1000



Urim fuerint Teraphim, & Teraphim fuerint Seraphim, cuius vocis prima litera *Sin* primo quidem potuerit degenerare in sonum literæ *Zain*, & postea in *Tfade*, & denique in *Thau*. Utraque autem vox & Urim & Seraphim significatum habent ardendi HIERONYMI Tom. III. ad Dam. p. 117. Per Thummim quidem intelligo rem ab Urim plane diversam, ac suo loco ostendam, quid hac de re sentiam, simulque curiosis novam quidem, at piam tamen, & probabilem afferam coniecturam. Hoc autem loco ordo suadet, ut primum loquar de Urim, Seraphim & Teraphim, & in hoc argumento nova quædam proponem, at ea tamen volo antiquo imponere fundamento.

## §. XXIII.

des simulacres, & particulièrement de ceux, par lesquels le demon rendoit ses oracles, auroit autorisé ces images, en les introduisant dans son sanctuaire, & dans l'instrument le plus sacré, qui fut dans son service. Ce sont là des prodiges d'imagination & des licences, qui font voir, à quel point monte hardiesse des écrivains d'aujourd'hui. SPENCERUS & MARSHAMUS en sont deux notables exemples. Liqueat ex hoc, quid de Autoris nostri sententia sentiendum

fit, cum *Spencerum* quidem in explicatione Urim, & Thummim non in omnibus assentiat, propius tamen ad eum accedat. Interim tamen non negandum est argumentum, quod ab usu imaginum inter Judæos prohibito *Jurienus* adversus *Spencerum* sumit robore atque nervis destitui, & valde elumbe esse. Eadem enim ratione efficeretur, Cherubimos non fuisse imagines, quod tamen certum est, & extra omnem dubitationem positum,



§. XXIII.

Non possum hic probare sententiam *Grotii*, qui eandem Teraphimorum & Cherubimorum formam facit. Quem in finem allegat *HIERONYMVM AD MARCELLVM*, qui ita exponit Teraphim ad *cap. III. Hoseæ*, ac si fuissent non statuæ, sed picturæ Cherubimorum in pectorali, iis similes, qui in velo Tabernaculi fuere *Exod. XXVI, 31.* ubi versio Arabica picturarum meminit. Observat porro, quoties vox Cherubim in Exodo sine litera Vau scripta sit, toties eam picturas significare, quoties autem scribatur cum Vau, generaliter eam denotare viva animantia. Textus utique, *Hieronimi* tempore, scriptus fuit aliter, quam nostro tempore. Nunc enim Cherubimi & in Arca & in Velo iisdem literis sunt scripti. An Cherubimi, qui in velo erant, integræ picturæ, vel figuræ Cherubimorum fuerint, uti *Onkelos* putat, vel *Opus plumarium*, s. species quædam operis plumarii iuxta versionem vulgatam & Samaritanam, vel alæ Cherubimorum exhibitæ, id ulteriore philologorum examine dignum est. Sed quicquid senserit *HIERONYMVS de Teraphimis*, certum tamen est, quod Seraphimos diversos esse indicaverit a Cherubimis.

H

mis.

113



mis. Cherubimos enim exhibet ut immediatos Throni Dei custodes, Seraphimos autem velut Angelos ad inferiora officia destinatas. vid. HIERONYMVS in *Esaïam cap. VI, 29. Tom. V. Opp.* Ostendit quoque, morem fuisse quorundam suo tempore, uti in precibus suis hac allocutione: *Tu qui sedes super Cherubim & Seraphim.* Et quamvis in Commentario suo in *cap. VI.* Esaïæ formulam istam minus probet, propterea tamen non tollit distinctionem Cherubimorum & Seraphimorum, potius dum eam formulam reicit, notat tantum eos, qui male asserunt: Seraphimos Schechinæ eadem officia immediata præstare, quæ proprie sunt Cherubimorum. Si Cherubim fuissent iidem cum Urim & Seraphimis, Moses vix mutasset nomen illorum in progressu eiusdem sermonis. Voces scilicet Cherubim septies intra spatium quinque versuum *Exod. XXV, 18. 19. 20. 21. 22,* in quibus loquitur de propitiatorio, adhibet, & deinde impertit illis novum titulum *Urim,* dum describit pectorale. Teraphimos poterat utique negligere propter privatum eorum usum, aut potius eorum abusum. Ob abusum enim nomen Baal nunquam adhibebat de Deo Israël, quam-

- ch. - 2. ab.



quamvis in se ipso esset satis commodum. Sed accedamus propius ad rem ipsam, a qua huc usque longius discessimus.

§. XXIV.

Urim & Thummim qualiscunque erat scopus eorum mysticus, erant in se ipsis res materiales & distinctæ a Gemmis, quippe quæ locandæ erant in pectorali *Levitic. VIII, 8.* Quis Urim & Thummim composuerit, diserte revelatum non est. Non reperiuntur in indice operum Bezalcelis, nisi includantur generali nomini *Pectoralis*, quod sæpius pro se ipso & simul pro omnibus eius partibus adhibetur.

§. XXV.

Inquirenti autem mihi in naturam eorum, incumbit ea considerare ita, ut simul respiciamus ad Schechinam Dei, quæ in Arca fuit. Siquidem Summus Sacerdos hoc respectu erat typus Logu, & pectorale, quod erat instrumentum concavum quadrangulare cum annulis ornatum & confectum exterius, sicut velum sancti sanctorum erat forma Arcae fœderis.

§. XXVI.

Quare quod ad Urim Teraphim & Seraphim attinet, puto illa respondere ex

H 2

par-



parte Cherubimis, quæ erant imagines Angelorum; ex parte inquam, quia quantum ego coniicio de his Seraphimis, illi erant imagines vel Symbola Angelorum ministrantium in forma volantium serpentum igneorum; Cum è contrario Cherubimi essent imagines Angelorum, cum faciebus boum. Ut autem novam meam sententiam probabilem reddam, offero hic conclusiones sequentes, quas rogo Lectorem, ut simul coniunctas, consideret, priusquam eas deridendas iudicet.

§. XXVII.

Primo vox *Saraph* ipsa adhibetur de serpente volante eoque igneo. Hæc eius significatio *Numer. XXI, 6. 8.* adhibetur, ubi dicitur: *Quod Dominus miserit Seraphim vel serpentes igneos inter illos.* Et rursus ibi memoratur, quomodo Deus Mosi dixerit: *Fac tibi Saraph, & impone illud perticæ.* Cui addo, quod *Deut. VIII, 15.* de serpente igneo dicatur, isque vocetur *Nachasch Saraph.*

§. XXVIII.

Secundo erant in Ægypto, Arabia, Lybia & aliis locis serpentes volantes ignei teste HERODOTO l. 2. p. 132. CICERONE *de natura Deorum l. 1.* Propheta Esaias  
me-



memorat eiusmodi creaturas *cap. XVI, 29.*  
& KIMCHI in loco isto refert, illos repe-  
riri in Æthiopia, per quam forte intelli-  
git Æthiopiam Arabicam. Vocabantur  
ignei, non solum propter ardorem vene-  
nieorum, quod inflammationes efficit ex-  
traordinarias, & fitim movet in corpore  
ab illis tacto. Sed ignei etiam vocantur,  
quia volantes in aëre ignei videbantur, in-  
star meteori animati. Propterea ABAR-  
BANEL de eiusmodi Serpentibus volan-  
tibus dicit: quod sint rubicundi, sive *colo-  
ris aeni, comment. in Leg. fol. 305.* apud  
MOEBIVM de *aneo serpente Exercit. 2.*  
*6. 2. n. 11.* si autem is fiat color eorum na-  
turalis, multum is per celerem motum  
alarum & per vibrationem caudarum in  
resplendentibus Atmosphæris Arabiæ &  
Ægypti auctus est.

§. XXIX.

Tertio quæ in primis mundi ætatibus,  
primisque terris habitatis cultæ sunt crea-  
turæ, Boves fuere & serpentes, Boves  
primum cultos esse, iam ostensum est, ac  
pariter monstravi, quod Cherubimi ap-  
pendices Schechinæ, in loco Sanctissimo  
habuerint facies boum:

Serpentes postremum adorabantur in

H 3

Ame-



America, sicuti apparet ex *Acosta* & ex iis, qui detexerunt, *Hackluit*. Primo legimus penes *GAGE* in *considerationibus de India occidentali* p. 117. de magnis serpentibus aureis, qui fuerunt idolis *Tezatlipuca* & *Vitzi loputschli* adiuncti. Adde serpentes olim fuisse Sacros in Ægypto. *HERODOTVS* in *Euter.* p. 32. nominat *ἱεῖς ὄφεις* vel serpentes sacros circa Thebas, qui postquam erant mortui, sepeliebantur à superstitionis hominibus. In templo Jovis nullam videmus tabulam *Isidis* vel *Osi-ridis* vel *Bacchi* absque serpente, vid. *PIGNORIVS de mensa Isiacæ* p. 23. Sanctitas istius bestię ut idem notat *Pignorius*, valuit apud Arabes, Babylonios, Carthaginenses, Bœotios, Epirotas, Lyconios, Epidaurios, Romanos potuisset & Indos addere secundum *MAXIMUM TYRIVM dissert.* 38. & secundum *ERASMVM STELLAM lib. 1. de Antiquit. Boruss. & Samogit.* Borussos & Samogitas. Hæretici, qui vocabantur *Ophitæ* vel *Ophiani* eos latere non possunt, qui monumenta Ecclesię Christianę inspexerunt. vid. *TERTVLLIANVS de præscript. Heret. cap. 47.*

### §. XXX.

Quod ad adorationem serpentum &  
bourn



boum simul attinet, ea exhibetur in Hieroglyphicis Ægyptiorum apud KIRCHERVM in *Oedipo Synt.* 18. In iis enim bos alatus cum facie humana est evomens flammam atque habens globum in capite, & sub pedibus serpentem undulatum.

§. XXXI.

Honorabantur autem serpentes propter multas rationes. Quia seipsum volvere poterant in figuras quascunque *Sap. 1, 5.* Quia efficax energia est in veneno ipsorum. vid. PORPHYRIUS *de Abstinent. l. 4. p. 155.* propter ingentem molem eorum, qua valebant uti DIODORUS SICVLVS *l. 3. c. 10.* & MAXIMVS TYRIVS *dissert. 38.* testantur. Valebant nimirum serpentes vincere Elephantes. Quia uti VOSSIVS *de Idol. l. 9. c. 2.* ait, ad longævitatē pertingunt, suntque celeris ac penetrantis aciei oculorum, & renovant iuventutem suam pellis suæ mutatione. Ac tandem propter hanc quoque rationem inquit PIGNORIVS *de Mensa Ithaca p. 24.* quia gentiles opprimebantur a malitia & fastu Diaboli, qui homines deludebat sub forma serpentis, & volebat, ut ita dicam, redimere iacturam, quam fecerat per maledictionem serpentis, hoc



modo, ut illum converteret in idolum venerabile (q).

§. XXXII.

Quarto serpentes ita consecrati non erant ipsum cultus subiectum, sed symbola vel signa quorundam Angelorum vel Dæmonum. Ita serpentes Thebani ab HERODOTO *lib. 2. p. 132.* dicuntur Jovi sacri fuisse. Et Symbolum *Cneph* erat Symbolum Agatho-Dæmonis. vid. EVSEBIVS *de Preparat. Ev. l. 1. c. 10.*

§. XXXIII.

Quinto, non solum erant Symbola viva, sed etiam imagines manibus hominum factæ. Tales videmus in Tabulis *Isidis* & in imaginibus *Cartari*. Has deprehendimus

(q) A serpente primorum hominum seductore, tristisque Protoplastorum lapsu, serpentum venerationem deducere nonnulli minime ventur, ad serpentum in *Orgiis* sive Sacris ethnicorum festis præcipuis, mysticum provocando. At cum idoneis argumentis nondum evictum sit: Ethnicos obscuram quandam de lapsu notitiam habuisse, quod tamen P. D. HVETIVS in *D. E. Propos. IV. §. VI.* statuit: Ita multo magis illis assurgere hæremus, qui exinde ser-

pentum cultum derivare fatagunt. Si enim ethnicos haud latuisset, quanto cumulo miseriarum Diabolus, anguis speciem assumens, genus humanum onerasset, serpentes magis execrassent, quam idololatricè honorassent. In eo autem omnes consentiunt, fausti ominis ergo, veteres in hanc superstitionem concessisse & nescio quid boni & divinitatis sub animalibus sæpe memoratis latere sibi persuasisse. vid. KOCH *de Cultu Serpentum apud Antiquos §. 8.*



mus in Scriptura sub nomine *Teraphim*, qui in frequenti usu erant per orbem aliquo tempore post diluuium. In Obelisco *Ramasseano* apud KIRCHERVM in *Oedip. Ægypt. Tom. III. p. 160-199.* bonus Dæmon exhibebatur in forma Aspidis sedentis iuxta Osiridem. Et Draco genus serpentum vulgo annectitur statuæ *Æsculapii.* vid. MACROBIVS l. I. *Saturn. c. 20.*

§. XXXIV.

Sexto, eiusmodi boni Angeli, qui constituebant partem *Schechinæ Logu*, & culti in mundo, videntur aliquam occasionē præbuisse eiusmodi symbolis & imaginibus, quod apparebant sub specie bouum vel Cherubimorum alatorum. Ita apparebant veluti serpentes alati fortis excellentioris cum pulchris faciebus, forte etiam cum facie hominis, qualem habebant *HARPYÆ.* Sacra illa Sphinx *KIRCHERI* in *Sphinge Mystagoga p. 57.* habebat caput *Accipitris* vel *Aquilæ*, quo etiam famosus  $\chi\nu\eta\phi$  in *Ægypto* ornatus erat, sicut *EVSEBIUS* de *Zoroastre* refert *Preparat. Evang. l. I. c. 10.* *Ægyptii* quidem eum *Cneph*, *Phœnicii* autem bonum Dæmona dixerunt.

H 5

§. XXXV.



## §. XXXV.

Jam si Seraphim non apparuissent eiusmodi specie, valde difficile foret rationem reddere satis concinnam de Tentatione Adami & Evæ a Dæmone facta in specie serpentis. Serpens ille ridicule pingitur in forma serpentis repentis ante lapsum. Nec ullo modo concipere possumus: Protoplastos nostros tam stupidos fuisse, ut sermonis commercium inirent cum tali creatura absque mentis perturbatione. Cum vero iam antea ea Schechinæ Logu mos esset, ut Angeli ministrantes se ipsos in forma alata ostenderent (quod etiam nec per unam quidem noctem permanferint in Paradiso, a multis sanioris iudicii Viris, ut opinio erronea ac inanis explosa est) facile est iudicatu, quomodo inciderrint in discursum familiarem cum creatura, imaginem istam splendido quodam ac glorioso modo assumente (r).  
 Scriptura

(r) Nondum probatum est ab Autore nostro Angelos serpentum ignitorum formam unquam assumisse. Seraphim qui in visione Ezechielis exhibentur, non pedibus solum sed & manibus instructos facieque ornatos fuisse dicitur *Es. VI.* Ex hac observatione apparere putamus, inter nostros Se-

raphimos & illos ignitos serpentes, si externam membrorum dispositionem respexeris nullam esse convenientiam. Merito itaque D. ABICHT in dissertatione de Domino *Esaia viso* §. 16. fatetur, sibi *Tennisonii* coniecturam prorsus non placere, quando existimat: Seraphimos qui in visione *Esaia τῶ λέγῃ*



ptura certiores nos facit, formam serpen-  
tis

comites fuerunt, cum eadem Schechina Adamo ante lapsum in Paradiso esse visos sub serpentum specie, Satanamque deinde forma eiusmodi Seraphi assumpta Evæ adparuisse, quæ Seraphum videre credens cum eo locuta sit. Sane coniecturæ huic, quam *Tennisonius* non exiguo eruditionis apparatu ornavit, ea difficultas obstat, quod in descriptione Seraphimorum, in Codice Sacro memoratorum, nullam cum serpentibus ignitis similitudinem inveniamus. Conferatur RVSSIVS alique qui de *Serpente Seductore* scripserunt. Si autem in hac re, tot obscuritatibus involuta, coniecturis aliquid dandum est, illa sane non ultimo loco habenda, quam D. PATRICK DELANY Cancellarius Ecclesiæ Cathedralis Dublinensis in libro *Revelationum examinandis* *whis Candour*, nunc à Doctissimo *Lemker* in Linguam Germanicam translato, lectori exhibet, & quæ secundum versionem citatam sequens est p. 29. Wer diese Worte *Genes. III, 1. 2. 6.* sorgfältig und genau betrachtet, wird finden, daß folgende drey Stücke offenkundig werden. *Erstlich*, daß

die Schlange Evam auf eine oder andere Weise von der Frucht zu essen, eingeladen, vermuthlich dadurch, daß sie ein sonderbares Vergnügen oder Entzückung von sich blicken lassen, *als sie dieselbe in ihrer Gegenwart gekostet*, und daß dem ohngeachtet, Eva sich geweigert, die Frucht einmal anzuhören, auch dabey die Ursach ihrer Weigerung an den Tag gegeben, weil es, nemlich bey Lebens-Strafe, verboten. Huic coniecturæ inhaerens pergit Autor p. 32. Eva sahe, daß die Schlange, wie ich bald zeigen werde, von der Frucht aß, und stund in den Gedancken, daß dieses Essen nicht zu ihrem Verderben, sondern vielmehr zu ihrem grössesten Vortheil und Vorzug gedeyete. Daher sie denn wahrscheinlich schlosse, es möchte ihr bey dem Essen dieser Frucht auch also ergehen, daß sie von der menschlichen zur göttlichen Natur erhoben wurde. Uterius progreditur sequentem in modum p. 35: Alhier will man einwerfen: daß, weil Eva nichts von einiger Furcht oder Bestürzung über eine so fremde und Wunder-volle Begebenheit,



tis nunc per maledictionem divinam mu-  
tatam

dafs ein unvernünftiges Thier sie angeredet, welches doch natürlicher Weise nicht geschehen können, an sich habe verspühren lassen, so sey dieser Umstand mit der übrigen Erzählung nicht zu reimen. Indem ich hierauf antworthe, so ersuche ich diejenigen, welche diesen Einwurf machen, dafs sie auf ernsthafteste bey sich überlegen mögen: Ob sie sich zu dieser Zeit einen menschlichen Verstand auch nur vorstellen können, der von einer solchen eingebornen Vollkommenheit sey, dafs er die wahrhaftigen Absichten eines solchen Wesens, als der erste Mensch war, einsehen und ergründen könnte. Nun aber ist klar, dafs in einem solchen beglückten Stande die Vernunft einer friedfamen Herrschaft über die Leidenschaften und Bewegungen des Gemüths geniessen mußte, und folglich war kein Raum für solche schleunig aufsteigende Einbildungen, oder für dergleichen schleunige und unruhige Bewegungen, Mangel und Erstarrung des Geblüts, und der Geister, welchen anjetzo das menschliche Geschlecht und deren Natur un-

terworfen &c. Und daher war Eva frey von solchen Zufällen, oder vielmehr für Furcht und Schrecken in dergleichen Begebenheit völlig gesichert, welche anietzo den Besten von ihrer Nachkommenschaft beunruhigen würden. Es ist dieser vollkommenene Zustand der ersten Menschen weit über die Hertzhaftigkeit des weisen *Fabricii* zu setzen, der sich nicht in Unruhe bringen ließe, über den unvermutheten Anblick und das greßliche Geschrey der Elephanten, welche der König *Pyrrhus* dieserwegen angeschaffet hatte. Siehe den *PLVTARCHVM* in dem Leben des *PYRRHVS* c. 43. *Si hanc Doctissimi Angli coniecturam penitus considero, animadverto, illam propius ad ABARBANELIS placita accedere, veluti qui in Commentar. ad b. l. Serpentem exemplo suo, atque crebriori in arborem scientiæ ascensu & descensu, fructuum item de hac arbore usu innoxio ad divini interdicti transgressionem Evam alexisse, ut ex hac ipsa actione intra animum ratiocinata fuerit, se minime morte morituram, sed Deo profus*



tatam esse. Et certe mutatio ista erat maioris momenti, quam mutatio memorata a Domino MEDE in *Operibus suis* p. 292. qui putat: Serpentem olim in terra incessisse cum capite & pectore erecto & prono. Verum longe probabilior est opinio, quod forma splendida & Volantis Saraph, in formam Serpentis vulgaris repentis & pulverem lingentis mutata sit. Procul dubio probabiliora hæc sunt, quam Somnium, quod KIRCHERVS in *Oedip. Ægypt. Synt.* 3. c. 11. impingit MAIMONIDI, ac si Judæus iste affirmasset, quod Diabolus decipisset Evam in specie Cameli. Ubi tamen notandum: Maimonidem saltem dicere: Rabbinos in Middrasch statuere, quod serpenti infederit aliquis, qui æque vastus fuisset ac Camelus, & quod is, qui illi infederit, fuerit Samael vel Satan. vid. MORE NEVOCHIM p. 2. c. 30.

§. XXXVI.

Pars pœnæ Adami & Evæ mihi quidem videtur indicare formam serpentis vel Dæmonis, a quo tentati fuerunt. Deus enim dicitur custodivisse Paradisum adversus illos per Cherub & gladium flammantem.

Hic

similem futuram. Placuerunt hæc ABARBANELIS meditationes adeo SIMEONI DE MVIS in *Variis Sacris* p. 187. ut Judæi figmento calculum suum adiecerit.



Hic gladius (sicut iam notatum est supra) æstimatur a Judæis fuisse Angelus secundus, & apte concipi potest, quod fuerit *Saraph* vel Angelus flammans in forma volantis serpentis, serpentis ignei, qui splendidum corpus suum in aëre vibravit. Dum *Maimonides* hunc gladium interpretatur, de proprietate Angeli, eumque dicit in Scriptura ut flamma ignis repræsentari, nihil distincte pronunciat, quod applicari possit secundo Angelo, sed id tantum dicit, quod etiam commune habet cum Cherub. Interim Scriptura innuit aliquid, quod peculiariter respicit ad secundum Angelum cum vocatur gladius flammans.

### §. XXXVII.

Porro ad institutum nostrum referri potest, quod vox *Saraph* vel *Seraphim* adhibetur in Scriptura tam de volante serpente eoque igneo, quam etiam de Angelo certi alicuius ordinis, quem *Esaias* exhibet *cap. VI, 2. 6.* velut alas habentem & volantem cum carbone ex Altari sumto: Apposite **BVXTORFFIVS** in Lexico suo minori ad vocem *Saraph* differit: *Saraph*, inquit, *serpens ignitus & venenatus. Est & Seraphim Angelorum nomen, qui a charitate & splendore quasi flam-*



flammantes & ignei visi sunt. Verum est mihi adhuc in hoc argumento autoritas maxime valida, ex qua non quidem ipsa vox, sed mea sententia egregie illustratur. Est vero TERTULLIANI autoritas, qui mecum duobus in locis facit. Prior exstat in libro de *Præscriptione Hæreticorum*, ibi ex mente aliorum dicit: *Quod Eva attentas aures præbuerit serpenti veluti Filio Dei.* Posterior locus exstat in libro contra *Valentinianos*. Ibi ait: *Quod serpens à principio, imaginis divinæ prædo fuerit.* Credere itaque videtur, diabolum in forma serpentina exhibuisse partem Schechinæ Logu, & Evum opinatam esse, illum fuisse Angelum pertinentem ad gloriosam eius præsentiam, Ministrumque, qui iam egressus ab eo sit.

§. XXXVIII.

Nunc hic suppono: Seraphim vel Urim fuisse duas imagines aureas alatas. Idque concludo non e numero vocis *Urim*, quia Judæi numero illo sæpe utuntur pro re vel persona singulari, sed e numero vocis imaginum sive Cherubimorum, qui erant duo symbola locata in Arca, quæ significabatur per pectorale. Nec tantum mihi sumo, quantum MAIMONIDES MORE NEVOCH P. III. c. 45, qui credit, quod  
pro-



propterea Cherubimi duo fuerint, quod si unus tantum adfuisset, is forte pro forma Dei fuisset acceptus. Ego quidem statuo: duos Cherubimos respexisse ad terram æque ac ad cœlum, eosque ut Angelos indicare Mosen & Aaronem, Ministros Logu sub Lege, sicuti quatuor animantia in visione Ezechielilis designaverunt quatuor Evangelistas, Ministros Christi sub Evangelio.

§. XXXIX.

In pectorali suppono, Seraphimos non Cherubimos fuisse. Hos credo fuisse oraculum ad negotia civilia ordinanda. Vid. SPENCERI *dissert. de Urim & Thummim* p. 16. 17. 18, non vero proprie Oraculum Templi: Ad Cherubimos quod attinet, erant ut HIERONYMVS in *Es. cap. XXVI.* ait, septem Spiritus circa Thronum Dei, & secundum Davidem, currus quo vehitur; At Seraphimi Ministri erant inferiores (licet appendices Schechinæ) & frequentiores in reipublicæ negotiis. Tale negotium erat Captivitas Judææ, ad quam declarandam Esaia Saraph assistebat.

§. XL.

Quod ad responsum Dei per Urim attinet, non existimo id datum fuisse per oram  
 imagi-



imaginum arcæ impositarum *Levitic. VIII,*  
8; quia nihil memoratur de iis exponen-  
dis extra eam. Verum videntur hæc ma-  
gis verisimilia. Logos scilicet loqueba-  
tur cum voce e gloria quæ supra Cherubi-  
mos non autem per eos ipsos, quoniam  
ora sua a summo Sacerdote averfa habe-  
bant. Eodem modo & Summus Sacer-  
dos, qui hic erat Logos Logu & Substi-  
tutus Typusque Christi, loquebatur per  
inspirationem supra Pectorale & Seraphi-  
mos neque omnimodo probatum est ple-  
ne ex *1. Sam. XXIII, 11. 12*, quod Deus  
viva voce locutus sit. Probe enim dici po-  
test Deum loqui, & si hoc per inspira-  
tionem miraculosam, & per os Prophe-  
tarum & Sacerdotum suorum loquatur.  
Vid. nonstant D. SPENER *dissert. de*  
*Urim p. 34.*

Urim & Seraphimi locabantur intra Pe-  
ctorale. Impositi enim illis non fuere sicut  
& Cherubimi erant super Arca maiore,  
idque non tam ad eos celandos ab oculis  
populi ad Idololatriam proni, quam pro-  
pter aliam causam. Sæpe enim ferebatur  
Arca in processione una cum Cherubimis  
illi impositis; tamen dicere malim, quod  
superius operculum Arcæ, vel Propitia-  
torium, quod in Scriptura memoratur, ut

I

pars



pars ab Arca ipsa distincta, sub eo comprehensum non fuerit *Exod.* XXVIII, 1. 2. 3. 4-6.

## §. XLI.

Sed quæ mihi hic subesse videtur ratio, hæc est: Summus Sacerdos erat hic Typus Christi incarnati, qui in diebus carnis suæ, licet haberet Angelos Ministros, non delectabatur frequentibus illorum apparitionibus. Obiicere hic quis posset: Quod si hæc valet, Seraphimorum Arcæ notis, Deus dum Schechinæ suæ partem dedit, videtur imaginem diabolo convenientem constituisse: Diaboli enim imago serpens est. Respondeo: quod contrarium hic verum sit, quia serpens repens & a Deo damnatus diaboli symbolum est, & talem serpentem gentiles adoraverunt. Neque alius serpens adhibitus fuit in Ægypto, vel (quantum mihi quidem legere contigit) in quacunque alia regione. Quamvis enim *Cneph* Ægyptiorum alatus esset, non erat tamen serpens volans, sed symbolum ex diversis partibus compositum. Cauda enim tantummodo erat parva & serpentina, & adiuncta pectori, alæ autem & caput accipitris erant vel aquilæ. Sic *Eusebius* refert e *Philone Byblio*, quod Ægyptii mundum hierogly-



glyphiæ per circulum indicauerint, cuius diameter fuerit ſerpens ſ. ſymbolum, ut putabant, boni dæmonis. Ex quo apparet, quod ſacer ſerpens Ægyptiorum fuerit ſerpens repens, non uero ſerpens alatus Arabum, quorum ſocietatem tantopere detestabantur, ut ad deſtruendum eum, auem Ibis deitate donauerint. Glorioſus itaque ſerpens alatus erat ſymbolum Angeli boni miniſtrantis. Et talem ſerpentem Deus erexit in deſerto, uti manifeſtum eſt ex nomine ſerpentis ænei uel Saraph *Num. XXI, 8.*

§. XLII.

Nunc de inferiori genere Schechinæ erit locus agendi, cuius conditio ex iis, quæ in præcedentibus attigimus, intelligi poteſt. Nihil aliud autem eſſe uidetur, quam Saraph alatus perticæ impoſitus *Num. XXI, 8.* uel vexillum Aquilæ Romanæ ſimile conſtitutum, ut ſymbolum præſentiæ Logu, non totius quidem, ſed tantum diuinæ eius Virtutis & Bonitatis, quam in ſanandis iis, qui commoſi erant a ſerpentibus igneis, demonſtrabat. Quod hic ſerpens genus præſentiæ Logu fuerit, apparet ex nouo Teſtamento, ubi Chriſtus opponit ei uelut Typo-



corpus suum Crucifixum. *Sicut Moses inquit exaltavit serpentem in deserto, ita & exaltari debet Filius hominis.* Filius hominis hic diserte Antitypus statuitur, etsi serpens antiquus (sicut Vir doctus D. JACKSON *Volum. 2. p. 916. 917.* volebat) destructus utique in cruce, non autem, quia in Scriptura non additur, in illa est exaltatus. Et licet Saraph non fuerit Christus, erat tamen symbolum, per quod apparuit, & quod per alas eius expansas imaginationi hominum commode Christi crucifixionem cum brachiis extensis significabat. Vid. MOEBIVS *de Aeneo serpente Exerc. 2. c. 2.*

Si vero obiiciatur, quod hic serpens Saraph & pars Schechinæ Christi, maledicatur, hoc vero contrarium esse illis, quæ antea a nobis dicta sunt de Seraphimis Arcæ & Cherubimis ab oculis populi ad Idololatriam proni celandis; primo quod Idololatriæ occasionem dare potuerit, si æneus serpens ad spectu quotidiano populi exhiberetur. Respondebo ad eaduplici modo:

Primo: conveniebat sapientiæ Dei, ut typum Christi ut crucifixi suggereret, quia Evangelii, cuius umbra fuit lex, maior pars fuit Christus; Etsi Deo non pla-

pla-



placuerit eum typum nimis clare & sub figura corporis, hominis ex cruce pendentis, proponere. Nec alius Typus crucifixionis (opinor) occurrebat in Judaismo, nisi Saraph æneus. (s)

Secundo serpens æneus eam occasionem Idololatriæ dare non potuit, quam Arca. Hæc enim Oraculum erat, & lux divina resplendens, & vox divina in auditum cadens, & coram ea adorationes Dei præcipiebantur. Ille autem serpens Oraculum non erat. Non apparet, quod in hoc symbolo nubes vel glo-

I 3

ria

(s) Merito notandus hic est T. G. VOSSIVS, qui in *Harmonia Evang.* p. 291. ad quæstionem: *An in V. T. evidendam habeamus prædictionem crucifixionis salvatoris nostri?* respondet: *Non arbitror.* Neque minus animadversione digni sunt illi, qui putent: Durius esse asserere, Christum in similitudine serpentis tunc exhibitum fuisse. Diabolum potius in isto typo querendum, quem Christus cruce sua vicerit; quem admodum docent D'ESPA-

GNE in *Schibboleht*, FRANCISCVS BURMANNVS in *Synopsi Theologiae* & CAMPEGIVS VITRINGA in *Obs. Sacris*, quorum tamen argumenta explofit SCHARBAV in *Obs. s. de serpente ænei significatione mystica*. Sed quidnam hinc dicendum de TENNISONIO erit, quando putat: Alium Typum crucifixionis in Judaismo non occurrere, nisi serpentem æneum? Nonne agnus paschalis Christi typus fuit docente Paulo?



ria quædam extraordinaria promicuerit, quod ex eo tonitru cœleste auditum fuerit. Si solummodo ab æneo serpente sanabantur, qui signum hoc adspicientes ad Deum animum convertebant, quippe qui arcana sua potentia eos sanare posset *Sap. XVI, 7.* Si vero populus tunc pronus fuisset ad pervertendum symbolum illud in idolum, profecto hoc non mansisset in conspicuum usque ad dies Hiskiaë. Hæc ergo mea coniectura est (nec alio nomine eam propono) circa Urim & circa serpentem æneum.

### §. XLIII.

Quod ad Thummim attinet, puto fuisse illud plane diversæ naturæ. Sunt qui illud derivant a gemmis pectoralis summi sacerdotis Ægyptiorum ἀλήθεια dicti. Verum est, quod tale pectorale fuerit in Ægypto, prouti eius mentio iniicitur apud THEODORVM SICVLVM l. I. *Bibl. c. 75.* & ÆLIANVM *Var. histor. l. 4. c. 34.* DIODORVS quidem refert, id constituisse e pluribus gemmis. Sed ÆLIANVS id vocat imaginem e Sapphiro factam. Certum quoque est, quod LXX. reddunt Thummim per ἀλήθεια. Ve-



Verum momenta duo hic observanda veniunt. Primo hoc pectorale Ægyptiorum nomen veritatis ex eo habebat, quod ut ornamentum induebatur in iudicio, in quo iustitia & veritas defendebatur, uti discimus e *Diodoro & Æliano*, non autem eum in finem adhibebatur, ut per illud oracula ederentur. Hoc inquam pectorale potuit pari facultate provenisse e pectorali summi sacerdotis Judæorum. Apud *Herodotum* nulla eius mentio occurrit, nec ante tempora Græcorum. Et *Diodorus* refert illud ad ea tempora, in quibus Heliopolis, Thebes & Memphis tres metropoles in Ægypto essent, ex quibus singulis decem iudices eligebantur. Quod ad On vel Heliopolin attinet, ea publicum habuit templum in gratiam Judæorum consensu Ptolomæi, a summo sacerdote Onia exstructum, qui vi Antiochi exutus erat auctoritate & officio suo in Judæa. Præterea nomen pectoralis Ægyptiaci nempe Ἀλήθεια plane recens est atque novum.

Secundo loco observari potest, quod si etiam ponamus: Pectorale hoc Judæorum originem suam ab Ægyptiaco trahere, inde tamen non sequatur: Interpretes



LXX. per Ἀλήθεια idem intellexisse, quod Ægypti per suam intelligebant. Probabilius est, hosce Interpretes diversas voces & phrasas ita transtulisse, ut ad negotia Ægyptiaca proxime accederent, idque secundum regulas sapientiæ, & propterea quidem, ne Ptolomæum offenderent, quod eos in diversis versionis suæ locis fecisse manifestum est. Hinc voce ἀλήθεια etiam usi sunt ut vocabulo, quod & gratiam Principis ipsis certissime conciliaret, & iuxta sensum scripturæ ac Emphasin vocis Thummim bene exprimeret.

#### §. XLIV.

Nunc si Urim sunt imagines in minori Arca, eæque quodammodo Cherubimis Arcaë maioris respondent, quid possunt Thummim aliud & planius esse, quam exemplum legis Moralis Pectorali inclusum, & exemplum volumini cuidam inscriptum, vel lapidi cuidam insculptum secundum tabulas in monte acceptas *Exod. XXIV, 7.* Quid enim aliud erat in Arca maiore? Nulla certe alia res, etsi quidam Rabbini, & post eos HUGO GROTIUS in *Ebr. IX, 4.* aliter statuerit JOSEPHUS certe nihil aliud ibidem extitisse existima-  
vis,



vit, ac fundamentum assertionis suæ habuit in ipsis scripturis sacris. Dicitur enim 1. *Reg.* VIII, 9. nihil in Arca præter duas tabulas lapideas Mosis fuisse. Atque hoc 2. *Chron.* V, 10. repetitur. Diſteria vero istiusmodi, quæ iactant: Quod Manna & Virga Aaronis in Arca fuerint tempore Mosis, indeque eieſta ſucceſſu temporis, ne Manna forſan putreſceret, nec Virga vermibus roderetur (ac ſi ea ſemper ſine miraculo eo uſque conſervari potuiſſet) nugamentum Rabbinicum ſapere videntur. Loca enim Scripturæ a GROTIUS in favorem ſententiæ ſuæ citata, pro ſe ipsis reſpondent. In Exodo enim *cap. XVI*, 33. non dicitur, quod Moſes iniunxerit Aaroni, ut ſumeret ollam Mannæ, eamque Arcæ imponeret, ſed quod illi mandaverit, ut eam reponeret coram Domino, vel ante Arcam, ubi Dominus per Schechinam ſuam tunc habitabat. Ita in *Numeris cap. XVII*, 10. non dicitur, quod Deus Moſi præceperit, ut imponeret Virgam Aaronis in Arcam, ſed quod ei iniunxerit, ut ferret eam in conſpectum teſtimonii, id eſt Arcæ fœderis. Quare verba Autoris ad Ebræos: *In ſancto ſanctorum erat Arca fœderis, in qua erat urna aurea, in qua erat Manna & Virga*  
I 5 *Aaro-*



*Aaronis, quæ efflorescebat, & Tabula fœderis, hæc verba inquam ita accipienda sunt, ut vocula In significet tam In quam iuxta. Ita (ut inquit CAPELLVS in eundem locum) usu invaluit locutio, quod ii qui prope Romam habitabant, dicantur in urbe habitare. Ita in Kiriaht-Jearim *Judic. XVIII, 12.* significat, prope eam. Scriptura ait: *Figebant Kiriath-Jearim in Juda, quapropter vocaverunt locum illum Mahabaneh Dan adhuc usque diem. Ecce est pene Kiriath Jerim.* Neque *Gorionides* dicit (ut *Grotius* de eo refert) quod Manna & Virga in Arca fuerint. Loquitur enim de sancto sanctorum, & dicit, quod ibi fuerint, non vero certum locum determinat, in quo fuerint locata. (t)*

## §. XLV.

(t) Tot sunt sententiarum circa Mannæ & Virgæ locum in sanctuario divortia, ut fere nesciat lector, quo certo pedem figat. Autor *Epistolæ ad Ebræos* id discrete quidem affirmare videtur, reposita fuisse eadem in Arca fœderis; sed obstare Scriptori sacro videntur loca *Exod. XXV, 16. & 1. Reg. VIII, 9. Exod. XL, 16. Deut. X, 5,* quam contradictionem apparentem si sustuleris, omnis difficultas evanescet. Non omnem lapidem offensionis hic movent, qui inter tabernaculum prius & posterius, vel qui inter tempora Mosis & Jeremiæ, vel ut nonnulli volunt, Salomonis distinguendum esse arbitrantur, vel qui cum *GLASSIO Phil. S. & FESSELIO*



§. XLV.

Thummim non erant imago sicut Urim, nec unquam scriptura dicit, quod Deus responderet per Thummim. Non asserit, Deum desuisse respondere Saulo per Urim & Thummim, sed tantummodo quod ei non responsum dederit per Urim 1. Sam. XXVIII, 6. Lex Moralis enim erat regula perpetua, non vero oraculum extemporaneum. Licet præterea observare e *Diodoro Siculo*, quod iudex Ægyptius, induens gloriosum suum ζωδίας signum vel imaginem vocatam Ἀλήθεια, etiam legem octo libris scriptam, ante se locaverit. *Ælianus & Diodorus* referunt hanc historiam diversis modis. Fortasse triginta Iudices erant septuaginta

in *Adversar. Sacr.* Mannæ & Virgæ Aaronis ad latus Arceæ fœderis locum constituent. Magis rem acutangunt, qui cum L. de DIEV, JOH. GERHARDO, COCCejo, SEBAST. SCHMIDIO, D'OVRENIO observarunt: Voculam ex eodem modo quo Ἰ Ebraicum in Codice sacro sæpissime denotare iuxta, cum, apud, super, quibus & Autor noster adstipulatur. Certum est: Mannam & Virgam in Arceæ fœderis non fuisse, cum ex-

presse dicatur. Vasculum illud Manna repletum coram Deo & Testimonio, *Exod.* XVI, 33. non vero in Arceæ repositum fuisse; Imo quoniam 1. *Reg.* VIII, 9. memoratur. In Arceæ nil nisi tabulas legis fuisse visas. Accedit, quod eruditorum nonnulli ex dimensione Arceæ probaverint Tabulas legis saltem in ea fuisse, quod multis probat *Jurieu in Historia Critica Part. II. Cap. II. p. 236.*



ginta Seniores & octo libri legis, decem præcepta, & Saphirus vel gemmæ in pectorali duodecim gemmæ vel lapides pretiosi secundum numerum tribuum. Ea enim omnia in usu fuerunt apud Summum Sacerdotem Judæorum Heliopoli viventem. In hac enim urbe modo schismatico & per æmulationem affectabatur cultus & Judicium Hierosolymitanum. Sed pro nulla harum narrationum fidem meam interpono. Etsi enim vox Ἀλήθεια pectorali, vel illustriori gemmæ vel illustrioribus gemmis eius, non autem legi seorsim imponebatur, ea tamen Legi divinæ apte convenit, siquidem Davides inquit ὄνομος σὺ Ἀλήθεια Lex tua est veritas Ps. CXIX, 142. 151. Congruit hic nomen Thummim vel perfectiones sicuti idem Propheta Regius dicit: *Lex tua est perfecta* Ps. XIX, 17. Perfecta & inculpabilis est Lex in se ipsa, cum leges hominum sint inquinatæ variis maculis & imperfectionibus. Perfecta est, ut norma recta nec deflectit ad corrupta hominum placita. Norma consummatissima est, quæ se extendit ad omnes casus nostros necessarios. Magnopere ampla est, dum in ea omnes, quot quot sunt, perfectiones comprehenduntur Ps. CXIX, 96. De hac legis

gis



gis perfectione Siracides loquitur. Vir intelligens confidit in lege, & lex fida est illi, sicut Oraculum *Cap. XXXIII, 3.* secundum *LXX.* (vel *ἰος ἐρώτημα δήλων* secundum lectionem Alexandrinam versionis *LXX.*) sicut interrogatio vel responsum ad interrogata. In quibus lector bene considerabit, an Autor non opponat legem Oraculo, vel Thummim opponat Urim. „Re vera itaque dicitur: Lex in Arca condita est, ad dirigendum iuxta eam moralem Vitæ viam, & oraculum Arcæ, ubi Urim erat appendix Schechinæ Dei, est norma in casibus extraordinariis. An autem hic, cum Urim solum nominetur, quod SCALIGER putat de *emend. Temp.* p. 654. sensus dicti sit. Lex ei fida est sicut Urim & Thummim ipse novit optime. Verum ex præmissis colligitur, auctorem, si ita locutus esset, hanc Tautologiam admisisse: *Lex est fida sicut Lex.*

§. XLVI.

Alius adhuc locus dignus, nostra observatione dignus est in hoc argumento, idque tanto magis, quia portio scripturæ canonica est. Locus extat *Johann. I, 17.* Lex per Mosen lata est, sed gratia & Veritas per Jesum Christum venit. Hæc verba



verba secundum meam hypothesin sic reddenda a me sunt. Thummim vel Ἀλήθεια Legis recipiebatur a Dei substituto nempe Λογο per Mosen, qui eam populo tradidit; Verum Ἀλήθεια legis Christianæ, Evangelii gratiæ venit non solum a Jesu, sed & per Jesum Christum Logon incarnatum, sicut erat dictum versibus aliquot ante. Et hic ipse Deus incarnatus promulgavit eam legem ore suo. Si hæc notio aliquid in se veritatis continet, Oratio Mosis, vel benedictio Levi *Deut. XXXIII, 8.* Tua Thummim & tua Urim sint cum sancto tuo, ita exponi possunt. Lex tua regula tua ordinaria præferenda cuicumque Oraculo extemporaneo, & ita inspiratio tua extraordinaria una cum benedictione tua præsens sit cum progenie Aaronis consecrata sacerdotio, licet esses iratus illi propter acta eius ad aquas Meriba vel Massa, & ea propter ei negaveris introitum in terram Canaan. Quod reliquum est sincere agnosco, quod his omnibus non obstantibus, verum esse possit, quod dicit MVNSTERVS in *Exod. Cap. XXVIII:* Quod nimirum nemo mortalium definire possit, quid Urim & Thummim fuerint. Verum, deum, cum coniecturarum mearum iaculis ad veritatem collimo, etsi ictus  
meus



meus ipsum centrum non feriat, felicitatis tamen quædam portio est, scopum saltem proxime attigisse.

§. XLVII.

Jam quamvis Logos apparuerit ad Arcam, tam in Tabernaculo, quam in Templo, & quamvis in minori Arca scilicet in pectorali præsens fuerit, noluit tamen se ipsum abstringere hisce instrumentis sacris atque locis. Alibi subinde apparuit, si occasio emergens esset remotior ab his arcis, & si singularis revelandi ratio iis, qui non erant summi Sacerdotes, expediret, vel necessaria foret.

Logos enim fuit, qui se ipsum Josuæ ostendit *Cap. V.* 13. 14. 15. Unanimiter sic sentiunt JUSTINVS MARTYR, EVSEBIVS & THEODORETVS. vid. VALESII *not. in Euseb. H. E. l. I. c. 2.* & e recentioribus doctissimus VSSERIVS in *Annal. V. T. p. 21. edit. Paris.* Verum fragmentum antiquum & venerabile Scholion Græcum, a VALESIO exhibitum, eum Michaëlem fuisse vult, non autem ipsum Filium Dei: An hic vel aliud fuerit, mearum partium haud esse arbitror, ut huic disputationi definiendæ me vadem præstem. Inclino vero hic ad λογον, quia locus

cus



cus apparitionis dicitur fuisse facer. Josua enim iubetur calceamenta exuere, quod signum est præsentia Divinae potius quam Angelicæ. (u)

## §. XLVIII.

(u) Filium Dei Josuæ apparuisse pluribus evicit D. ABICHT *in dissertat. de Duce exercitus Domini*. Probatum hoc ex nomine Dei proprio Jehova, quod Personæ huic apparenti tribuitur *Jos. VI, 2*. Nominatur Princeps exercitus Domini. Opus divinum nempe traditio Jerichuntis in manus Israëlitarum plane miraculosa ipsi adscribitur *cap. VI, 2*. Cultus quoque Deo soli debitus ipsi exhibetur &c. D. ALIXIVS *contra Unitarios p. 186*. meminit Paraphraseos Chaldaicæ, quæ historiam & facta Josuæ ita illustravit: *Verbum Domini erat, quod ad defendendum populum dimicabat. Quibus VSSERIVS in Annalibus suffragatur p. 21*. ita differens: *Jesus Dominus noster, Princeps militia Patris sui, Jesu ad Jerichuntem stricto gladio apparens, promittit se populum defensurum.*

Cæterum nescio, cur Autor noster apparitionem istam GIDEONI factam & *Judic. VI*. consignatam hic

præterierit. Certum est, & tum Filium Dei sub forma Angeli præsentem fuisse atque conspicuum, quod non solum ex nomine divino Jehova v. 14. & Adonai per RATHERE expresso vis, sed & ex opere divino, missione nimirum GIDEONIS ad redimendum populum imo, ex cultu divino ipsi exhibito v. 24. manifestum est. Hinc TARGVM verba v. 12. Dominus tecum est, ita transtulit: *Verbum Domini est auxilium tuum*. Idem TARGVM verba versiculi 13. Si Dominus nobiscum sequentem in modum transposuit: *Estne Schechina Domini auxilium nostrum?* Unde liquet, antiquam Ecclesiam Judaicam credidisse: Verbum Domini atque Schechinam Domini unum idemque esse. Quod reliquum est, ad CAMPEGIVM VITRINGAM Lectorem remitto, qui hanc apparitionem GIDEONI concessam, *in Observat. Sacr. Tom. II. C. XIV*. non solum prolixius illustravit, sed & rationibus



§. XLVIII.

Modica nobis monumenta suppetunt de Schechina Dei a temporibus Josuæ ad Davidem. David vero in Psalmis suis valde frequens est in celebranda præsentia Dei in sanctuario montis Sionis. Pertinent huc verba Psalmi XVII, 15. *Ego quidem intuebor faciem tuam, vel Schechinam, in iustitia, satiabor, cum expergiscar cum imagine tua, vel sicut expositum invenio penes LXX, cum intuebor gloriam tuam, vel præsentiam tuam gloriosam* (tuum the-muna quæ vox in Ebræo est,) tuam Logu imaginem. Salomonis ævo arca locabatur in templo magnificentissimo, cum enim in illud inferebantur vasa sacra, nubes & gloria Dei, quæ maxime venerandam lucis & caliginis mixturam constituebant, impleverunt domum sanctam 1 Reg. VIII, 3. 4. 5. In libro Regum vocatur caligo spissa, quæ interripiebat visum cuiusvis alterius obiecti, præter doxam vel Gloriam Schechinæ, quæ visum turbabat potius, quam illuminabat 1 Reg. VIII, 12. 13. Priore libro Regum hoc est omissum a Septuaginta, sed Posteriori Pa-his

validis non destitit evicit, adumbratum fuisse in hac apparitione munus Salvatoris

Sacerdotale. Cui addendus LANGIUS in *Causa Dei* Tom. II, p. 378.

K



*ralipomenon* VI, 1. memoratur. Et ab his interpretibus vox adhibetur γνόφος vel caligo. Antea autem vocaverant νεφέλην δόξης Κυρίου nubem Gloriæ Domini, nubem illi similem, de qua *Matthæus* Cap. XVII, 15, ubi vocatur fulgida diciturque obumbrasse Apostolos, quando Christus transfigurabatur, & declarabatur Filius Dei per vocem e nube emissam.

Post consecrationem domus huius, Deus per Somnium secunda vice apparuit Salomoni I *Reg.* IX, 2, eique promisit, quod oculi & cor eius, id est specialis præsentia eius, futura essent in domo ista consecrata.

#### §. XLIX.

Tempore Achabi, etsi Elias, qui in terra Israëlis non Judææ versabatur, Deum non adoraret in sanctuario, Logos tamen Dei, etiamsi ad montem Dei Horeb aufugeret, eum voce tranquilla & leni instruxit, postquam antea per ventum, terræ motum & ignem, Schechinam adesse, indicasset. Dominus enim erat, qui eum alloquebatur, non autem Angelus creatus, teste Scriptura. (X)  
I. *Reg.* XIX. §. L.

(u) De hoc oraculo bene ubi §. V. sensum huius apparitionis mysticum sequenti ratione breviter exponit: *SCHARBAVIUS* in *dissertat. Philol. Theol. P. II. diff. I.* Hoc loco renovanda duxit



§. L.

De temporibus Esaiæ observat HIERONYMVS Tom. V. Opp. fol. 221, quod  
K 2 etfi

Deus signa prisæ legationis in Sinai, cum fœdus sancitum gens idololatrica rumperet. Noluit tamen minas illas exequi, sed ut est longanimis Deus, non apparuit, in turbine & igne sed murmure suavi. Enimvero piam saltem meditationem esse, nec scopum ferire, existimat BERNHARDVS EIBEN, Pastor Blombergensis, in *Schediasmate de Elia fugiente*, qui potius hanc apparitionem nil nisi iram & vindictam Dei adversus populum idololatria contaminatum spirasse autumat. Sic per ventum, qui Jehovam prævit expingi regem putat manu fortem, magnis conatibus inclytum, horribilemque vastationem inferentem Conf. *Jerem. IV, 11. 12. 13.* Nolo in hanc rem arbiter esse. Placet saltem hic Lectori egregias meditationes exhibere, quæ ad explanandam hancce apparitionem attulit FRANC. VLRICVS WALTERIVS, in Academia Rintelensi Professor celeberrimus. Optime ille in dissertatione de hac apparitione conscripta §. XV, docet, Je-

hovam transiuntem contradistingui Jehovæ, ante cuius faciem Elias constitit. Illud omnium minime præteriri debet inquit, quod cum prius Elias in monte יהוה לפני coram Domino consistere iussus, nunc ipse Jehova transiisse dicatur, unde hoc dubium nascitur: Numne ille ipse Jehova, coram cuius facie Propheta stabat, transiverit, an vero alia S. S. Trinitatis Persona. Postremum placet Viro Doctissimo, & sequentem in modum probat. 1) Versu 8, huius capituli fit mentio חרב הר אלהים & Elias consistere iubetur coram Jehovâ לפני יהוה ubi nomina יהוה & אלהים uni eidemque Personæ divinæ convenire extra omne dubium positum, Jehovam vero in cuius conspectu Elias constitit & יהוה עבר Jehovam transiuntem, sibi invicem contradistingui, ipsius rei natura docet; prima enim fronte hoc colligi posse videtur, quando ille, qui loquebatur, Pater videlicet edicit: Exi &



etsi tunc idololatria in populo supra modum procreverit, ipse tamen viderit Schechinam in visione *Es. VI.* Et Johannes ostendit, quod fuerit visio Logu dum dicit: *Jesaiam vidisse gloriam Christi Cap. XX, 40. (y)*

## §. LI.

consiste in isto monte coram יהוה, ecce autem יהוה transibat Chorebum enim montem עו sensu dici esse לפני יהוה coram Jehova, quod Deus ubique locorum praesens est, foret *ασυστατον*. Hinc Autor Porisma nostra meditatione omnino dignum solide eruit, scilicet: Non dari accessum ad patrem nisi per Filium. Quod reliquum est, de hacce tum EIBENIANA tum WALTHERIANA huius visionis explicatione notandum est, Viros hosce doctissimos, Canonem istum minime ante oculos habuisse, quam Prophetiarum Interpretibus praescribit PFAEFFIVS in *Commentatione de Theologia Prophetica Conformatione p. 24.* ita differens: *In visionibus & emblematicis Prophetis generalis visionum scopus, quemadmodum in parabolis, ante omnia attendendus, nec vel ratio temporis, vel numerorum, vel aliarum circumstantiarum premenda, ne*

*in difficultates inextricabiles incidamus.*

(y) Hoc oraculum Johanneum iudes est in oculis Socinianorum, quamobrem omnem iam dudum moverunt lapidem, ut illud quovis modo labefactent. Hinc eo prolapsi sunt, ut verba Evangelistae ita interpretarentur: *Hac dicebat Esaias, cum gloriam eius, nempe Dei Patris, videret.* Enimvero quam elumbis & omni robore destituta haec Socinianorum sit huius loci explicatio, facile constabit, si consideres  
1) Johannem non solum dicere: *Esaiam gloriam eius, quem conspexit, vidisse, sed & de eo fuisse locutum.* Duo in hoc commate occurrunt pronomina, quae in textu Prophetico Esaiano non reperiuntur, sed saltem penes Evangelistam sunt obvia, adeoque ad eum omnino referenda, de quo Johannes l. c. loquitur; Ad eum scilicet referenda sunt haec pronomina, qui tot miracula



§. LI.

Cum Israëlitæ pergerent potius in idolatria, quam veræ pœnitentiæ signa

K 3

ede-

inter Judæos ediderat. Ad eum referenda sunt, in quem credere non volebat gens Judaica durissima cervice prædita y. 37-39, 2) Animadvertamus necesse est. Si hæc verba: *Hæc dicebat Esaias, cum ipsius Gloriam videret, de Christo intelligenda non sunt, cui usui tunc ista, & in quem finem ab Evangelista prolata. Eratne necessarium referre: Esaiam vidisse Gloriam Patris, atque de eo fuisse locutum.* 3) Accedit: Johannem in hoc commate ad eiusmodi loca Esaiæ respicere, quæ absque omni dubio de Christo agunt. Eiusmodi locus est, qui *Cap. LIII, I. IO. II. 12.* occurrit, in quo Propheta eiusmodi Personæ meminit, quæ animam suam in mortem tradidit, qui peccatoribus fuit annumeratus, & multorum peccata tulit, quæ omnia de Deo Patre dici nequeunt. Sed aliud hic subterfugium quæsit CLARCKIVS, Ariarum partes ubique agens, quando in *Paraphrasi* sua textum Johannis ita illustrare conatur. *These Things the Propbet Esaiab spake fore-*

*seeing the glorious Manifestation which God intendet to make of himself to his people Jews by his Son, and how un worthily they Would entertain that great Revelation.* At quis non videt, hæc perfunctorie a *Clarckio* fuisse dicta. Sane non loquitur Esaias de manifestatione quadam Gloriæ, quæ adhuc esset futura, sed de Gloria, quam tunc revera intuebatur, & quam Seraphini Trisagio suo celebrabant. Miror interim *Clarckium* in citata *Paraphrasi* conficienda hypothese suæ non magis indulgisse atque statuisse: Christum quidem ab Esaiâ fuisse conspectum, sed saltem ut valem, qui in nomine Dei apparuerit. Ita enim plerumque Vir alia perspicacissimus de Apparitionibus Filii Dei in V. T. iudicare solet, ut doceat: Christum in nomine Dei summi apparuisse in forma Dei, tanquam imaginem Dei invisibilis, quo ipso tamen *formam Dei a Natura Dei distingui, supponit, sed non probat.*



ederent, placuit Deo removere ab iis præsentiam suam, & sicut exhibetur in Visionibus (2) Ezechiëlis Cap. X, 18. in altum migra-

(2) Visiones Ezechiëlis sicco quasi pede transit Auctor noster, quæ tamen inter omnes visiones, quæ Prophetis obtigerunt, maximi momenti sunt atque ponderis. Bene HIERONYMVS PRÆDVS e Societate Jesu Theologus in *Comment. in Ezechielem Sect. XII. p. 9.* observat, difficilius esse visionum propheticarum mentem assequi quam Oraculorum, quæ sunt quasi Scripturæ Ægyptiacæ sacris characteribus exaratae, quarum literas agnoscere & ordinare æque difficile est, atque significationem symbolicam tenere. Equidem multi laborem hunc plane Herculeum aggressi sunt, ut symbolum Maiestatis divinæ in *Cap. I. Ezechiëlis* exhibitam explicarent. Judæorum Magistri, & cum illis GROTIUS ita hanc visionem & currum Ezechiëlis interpretantur, ut statuunt, Judæorum tum existentium, & in captivitate partim actorum partim agendorum statum sub hoc emblemate proponi. Quibus tamen subscribere dubitavit REIME in *Dissertat. de*

*Currus Ezechiëlis Vatis §. X.* Aliam viam circa enodationem huius apparitionis ingressus est HENRICVS MORVVS in *operibus suis* Londini impressis p. 477, sed ita hanc materiam pertractandam sibi sumpsit, ut nimium cabbalisticis & ingeniosis fictionibus delectetur, quæ autem prudentioribus minime placere possunt. Præstantissima sine dubio, elegantissima & veritati maxime consentanea eorum est sententia, quæ & hætenus inter veræ & Evangelicæ Ecclesiæ Doctores obtinuit, quando Evangelistas & Apostolos, horumque successores omnes, atque adeo totum Ministerium Evangelicum, Dei & Salvatoris gloriam hominumque salutem curans, hic adumbrari, cum B. LVTHERO statuunt. Ego prolixæ recensione variarum Interpretum sententiarum immorari nolo. Hoc saltem affirmo, Maiestatem Filii Dei v. 26. 27. 28. magnifice prorsus in hac visione depingi. Apparet enim thronus ex lapide quasi Saphirino constans, super quo sedebat



migrare e terra, & permittere exercitibus Babylonis destruere templum sanctum, & auferre arcam templi Gloriam, nec unquam apud eos in eo quo antea statu apparere. Posterius enim templum hoc in momento, æquiparari priori non potest. Nec video quid sibi velit locus quidam

K 4 apud

aliquis, hominis Figuram præ se ferens. Nemo forsan nostrum est, qui hic non de Filio Dei cogitet. Is sedebat super thronum tanquam Rex gloriæ, Sponsus Ecclesiæ, Redemptor Hominum, Saviour mundi, qui per verbum Evangelii in V. & N. Testamento homines ad salutem vocat. In hoc versu 26, inquit Rev. STARCKIUS in *Commentariis in Ezechielem* clavis traditur totius visionis. Jam conspicias Christum per Verbum ac Ministros gratiam in saphiro obumbratam in Sanguine suo, omnibus in quatuor mundi partibus dispersis offerentem. Cæterum & in hoc symbolo divinæ maiestatis Filii Dei, simul nobis ostenditur temperamentum Justitiæ & gratiæ divinæ respectu peccatorum. Conspiciebatur enim Filius Dei veluti iride cinctus v. 28. Iris certe symbolum gratiæ est, in mediatore præsertim conspicuæ, prouti pluribus

demonstravit EWALDVS in *Emblemat. Sacr. P. I. p. 189.* Exhibet itaque se Christus hic tanquam regem, gratiæ signis undique cinctum. Impiis in hac visione lucebat ignis symbolum iræ & vindictæ divinæ, qua puniendi sunt. Piis iris ostendebatur, quia illis parcere vult. Conferatur Hic VRSINVS in *Analectis Sacris P. I. p. 503.* ubi ulterius exponit, cur Christus in antiquissimis picturis in Iride sedens pingatur. *Hic ad spectus similitudinis gloria Jehova* inquit Ezechiël v. 28. Fuit itaque gloria *Hominis* illius in throno sedentis, gloria *Jehova & Jehova* ipse. Hinc Judæi discere poterant, Messiam & hominem & Jehovam adeoque Θεάνθρωπον in una persona fore. Simili modo hic locus contra omnes Divinitatis Christi hostes allegari potest, nam qui antea Filius hominis, hic Jehova vocatur.



apud Judæum illum, cuius *Cippi Ebraici* expositi sunt ab *Hottingero*, qui memorat, partem Arcae sua ætate adhuc extitisse in Sione; Quod tamen inter fabulas Judæicas pono. Ut vero huic fabulosæ narrationi sociam adiungamus, eiusdem furfuris commentum proponamus ex *Elucidario*, quod *S. Anselmo* adscribitur. Ibi discipulo interroganti, quid de arca fœderis factum sit, Magister respondit: Abscondita fuit iussu Dei a *Jeremia* in Sepulchro *Mosis*, cum *Jerusalem* iam esset destruenda a copiis *Babylonicis*, & in fine temporum reducetur ex illo per *Enochum* & *Eliam*, quibus id Deus revelabit.

## C A P V T VI.

### De Schechina Dei a Captivitate ad Messiam.

#### §. I.

**I**i Judæi, qui sincere Deum colebant, Schechinam eius hac ratione honorarunt, ut licet Arca Sancta & Templum non amplius superessent, adorationem tamen dirigerent versus locum illum, ubi olim erant statuta. Ita *Daniel* in *Chaldæa* egit.



egit. Eodem etiam tam Judæi in Captivitate abducti, quam in Palæstina relictæ, verterunt inter orandum facies suas. Judæi dicunt, quod Judæus devotus Cameram cum Fenestra eo conversum habeat, vid. OTHON *Lexic. Rabbinic.* p. 476. Tunc temporis Deus Danieli aperuit præsentiam suam ampliori & uberiori modo, quam unquam fecerat antea. Modo illustriori inquam quam Esaiæ vel Ezechiëli. Daniel in visione intuitus est Schechinam Dei, ac si ea fuisset in cælo *Cap. VII, 9. 10. 15.* Pater & Filius personaliter in hac scena, vel potius Deitas & verbum incarnatum exhibebantur (a). Hanc in-

K 5

venio

(a) De hoc loco Daniëlis observamus: Plurimos Ecclesiæ Reformatæ Doctores per antiquum dierum, qui in visione Daniëli velut iudex apparuit, non Deum Patrem, sed ipsum Dei Filium intelligere. Omne enim Judicium inquit, traditum esse Filio, & Christi hic causam agi adversus Antichristum. Cum vero alii regerant, antiquum dierum a Filio hominis, cuius v. 3. mentio iniicitur aperte distingui, respondent: Quod interpretes Daniëlis v. 16. id quod dicitur de Filio hominis non interpretetur de sin-

gulari aliqua persona, sed omnibus sanctis applicet v. 22. quibus Regnum & Potestas sub toto cælo esset danda, ut ita hæc visio respicere videatur ad ultima tempora, quando Antichristus de throno suo deturbabitur, & tum Deus gloriosus fiet in omnibus sanctis suis. Ad me quod attinet, nimis contortam hæc visionis interpretationem esse censeo. Non quidem recordor me unquam in Codice Sacro legisse, Deum Patrem sub forma Viri senis apparuisse. Interim tamen ex eo nondum sequitur: Patrem & Filium



venio esse sententiam HIERONYMI in *Daniël*, qui Daniëlem exponit per Paulum Apostolum, quando loquitur de Logo, velut æquali cum Deo, assumente tamen formam servi,

## §. II.

Illis diebus Deus tam perspicuas visiones Prophetis largitus est (b) & tam perspi-

simul in hac scena Prophetica non fuisse conspectos, cum sollicitè satis invicem distinguantur. Accedit, plane insolitum in Scripturis esse, universum cœtum sanctorum sub forma unius hominis exhibere. Lubentius itaque adstipulor Doctoribus nostris nominatim WALTHERO in *Commentario in b. l.* & SEBASTIANO SCHMIDIO in *Collegio Bibl. priorè p. 408.* qui simul observat: Nec Judæos saniores negare posse, per Filium hominis in hac visione Messiam denotari.

(b) Hisce visionibus merito iungenda est illa, quæ Zachariæ Prophetæ *Cap. III, 1. 2.* obtigit, cum Angelum Jehovæ videret stantem contra Diabolum, illumque increpantem. Hic Jehovah loquitur nomine Jehovæ uti *Genes. XIX, 24.* Filius Dei

est, qui exercet Judicium in Satanam nomine Jehovæ Patris sui, qui vicissim de adventu & appropinquatione Filii sui præclare differit v. 8. 9. Neque in Prophetia Zachariæ illud symbolum Dei apparentis negligendum est, quod *Cap. I, 7.* describitur. Vir quidam in hac visione apparet, stans inter myrtos. Non moramur nunc istos, qui per hunc virum Angelum quendam creatum, vel qui Alexandrum Magnum innuunt, quorum argumenta sub examen revocavit JOHANNES GEORGIUS MICHAËLIS, *Professor. Gymnas. Reform. Halensis in disertat. de Viro stante inter Myrtos.* Tutius est, si Filium Dei sub externa specie Vati nostro visum fuisse autumemus. Introducitur enim Vir iste, sive Angelus iste ut intercessor, qui Deum



spicua vaticinia de Messia ut duceæ tribus, propago verorum Dei cultorum in Judæa, ubi Schechina Dei habitabat, licet e Chaldæa reduces, ut ex provincia æque luxuriante in idolis producendis, ac Ægyptus ipsa, maiore tamen zelo idola abominarentur, quam antea. Magna illorum pars suas pœnas, exilia & captivitates, propter idolorum cultum, sibi inflictas esse reputabat. Restitutionem suam præsentem miraculosam, potentia & misericordia Dei Israëlis acceptam ferebant, ac oculos suos dirigebant versus Messiam imaginem Dei, cuius regnum imminebat, atque hæ cogitationes servabant eos magna ex parte, quo minus polluerentur idolis, licet Arca periisset, & prophetia cessasset. vid. SCALIGER de *Emendatione tempor.* lib. VII. p. 654. & pectorale sanctum, quod dicitur gestatum fuisse & extra ipsam civitatem, cum summus Sacerdos Alexandro obviam iret, Ornamentum potius, quam Oraculum esset.

§. III.

precibus suis movere nititur, ut civitatum Judæ misereatur. Qualis intercessio apud Deum nemini nisi Filio Dei competit, quippe qui pene Jobum dicitur Angelus intercessor, sive Angelus interpres. Hinc prisca Judæi

Καθηχῆσιον Patrum secuti, hic divinam aliquam personam vidisse, ex iis apparet, quæ RAYMUNDVS MARTINI in *Pugione fidei* P. III. *desinēt.* III. Cap. XVI. p. 846. ex Codice Sanhedrin adduxit.



## §. III.

Postquam Prophetæ per plurimum quam quadringentorum annorum spatium cessassent (c) & postquam Angelus Zachariæ in Templo apparuisset. vid. LIGHT-FOOT *in Harmonia*, quod signum erat: Oracula, Arcam & Urim e medio esse sublata, placuit ei in carnem venire, & per aliquot temporis spatium in terra versari. Eiusmodi apparitionem ad tempus, nostra infirmitas requirebat, & Oeconomia Evangelii postulabat. vid. GREGORIVS NYSSENVVS contra *Apollin. Opp. Tom. III. p. 287.*

## §. IV.

(c) Est quidem constans tum Judæorum, tum purioris fidei Doctorum sententia: Malachiam sub œconomia fœderis antiqui postremum in populo Judaico fuisse vatem, adeoque Canonem librorum, eius prophetia clausum obsignatumque esse. Quandoquidem vero id intervallum temporis extensum est ultra quatuor annorum secula, omnino quis miretur hoc tam longum & triste Oraculorum divinorum silentium, & id quidem apud populum, qui se hac gratia nullis novis criminibus ut videtur, præ Maioribus suis, indignum fecerat. Hisce ra-

tionibus motus CAMPEGIVS VITRINGA, peculiarem de defectu Prophetiæ post Malachiam disquisitionem instituit, quæ *Observat. Sacr. lib. V.* inserta legitur, in qua contendit sententiam vulgaram de defectu Prophetiæ post Malachiam tempora, non ita accipiendam esse, ac si Deus sanctos, qui tempore medio inter Malachiam, Johannem & Baptistam vixerunt, nullis plane dignatus esset extraordinariis revelationibus suæ Voluntatis, cum Historia Evangelica Josephus & Talmudici ipsi, contrarium passim testentur.



## §. IV.

Ad hunc Messiam velut θεάνθρωπον, peculiarem respectum habebant leges Moisaicæ rituales, licet velo essent involutæ. Videremur omnino lædere sapientiam Dei, & naturam cultus eius, qui præcipue spiritualis est, si omnes apparatus Templi non ampliorem scopum, quam oculorum delectationem habuisse, crederemus. Illi ergo, qui sensum legis perspicere cupiunt, statuere debent, mysterium in illa reconditum fuisse. Ita sentiebant S. Stephanus *Act. VII, 44.* & Paulus *Ebr. VIII, 5.* insignes Mosis interpretes. Hos secuti sunt Patres Christiani, veluti duces. CLEMENS ALEXANDRINVS alludens ad verba illa Esaiæ *Cap. VII. Nisi credideritis, non intelligetis*, addit verba huius argumenti: *Nisi credideritis in Christum non intelligetis Vetus Testamentum, quod per propriam suam præsentiam exposuit. Stromat 4. p. 528.* Et GREGORIUS NYSSENVVS *Tom. I. de Vita Mosis* concludit e Cherubimis, qui alis suis mysteria Arcæ tegebant, quod hoc loco sensus profundior textui Mosis subfit.

CA-



## CAPVT VII.

De Medela Idololatriæ per  
imaginem Dei in Christo.

## §. I.

**I**nter Symbola Mosaica, Arca certe non erat minimum. Hoc vas sanctum, citra ullam coniecturam dubiam, singularem habebat respectum ad Christum Θεάν-  
 ὄρωπον, qui ad minimum inde a baptisma-  
 te suo, in qualitate Dei incarnati, mundo  
 fuit exhibitus velut Schechina Divina.  
 Filius Dei natus fuit Bethlehemi, in oppi-  
 do, ubi locus fixus pro Arca apertus fuit  
 Davidi. Hoc est, quod discimus ex verbis  
 Salomonis 2. *Chronic.* VI, 41. Collat. cum  
*Psal.* CXXXII, 8. & *Psal.* CII, 1. ubi  
 repetit verba Davidis Patris sui, quæ per-  
 tinent ad Arcam. *Ecce, inquit, audivimus  
 de ea in Ephrata.* *Castalio* libere fatetur,  
 se non intelligere, quid verba ista sibi ve-  
 lint. Quod ad me attinet, quia hoc ar-  
 gumentum iam tracto, non possum mihi  
 persuadere, textum illum a S. HILARIO  
 contortum fuisse. Hic enim ita sentit in  
*Psal.* CXXXI: Christus a Salomone cre-  
 ditur vera Arca Dei, quæ manifestata est  
 Davidi typice in oppido Bethlehem, &  
 postea



postea in carne, in eadem civitate Davidis, mundo monstrata est. Auditum est, inquit, de ea in Ephrata: Ephrata eadem est quæ Bethlehem, ubi Dominus noster fuit natus ex Virgine. Ibi ergo Deus auditus est, ubi primum unigenitus Dei Filius corpus hominis in habitavit.

## §. II.

Hæc est arca, quæ quievit in tribu Juda 2. Sam. VI, nam ex illa tribu Dominus noster ortus est. Ebr. VII, 14. Hæc est arca, coram qua, quamprimum in hunc mundum venit, ipsi Principes vel Sapientes gentilium, incurvaverunt se in cavea Bethlehemitica, supra quam stella, vel meteorum miraculosum, velut appendix Schechinæ stabat. Hæc arca fabricata erat inter homines, qui viderunt gloriam eius Job. I, 14. (a) cum baptizaretur, & cum transfiguraretur. Hæc arca aperit per Jordanem, vel per lavacrum Baptismi

(a) Ἐσκήνωσεν & σκηνῶν eiusdem est sensus & ferre soni cum יבשׁ. Sic pro יבשׁ de præsentia Jehovæ in Tabernaculo σκηνῶν usurpavit AQVILA, SYMMACHVS, THEODOTION Exod. XXIV, 16. Et quam-

vis LXX. Interpretibus verbum sit minus usitatum, frequentissime tamen nomina σκηνή & σκηνωμα in eadem circumstantia pro יבשׁ & אהל ponunt. Vid. LAMPE in Johannem P. I. p. 361.



mi introitum in Canaanem mysticum  
*Job. IV, 7. & Matth. III, 13.* Supra hanc  
 arcam vel supra vas sanctum corporis  
 Christi a Johanne in Jordane baptizati,  
 gloria Schechinæ apparuit. Fulgor illu-  
 stris, quo GROTIUS collimat alis suis, in  
 modum columbæ, super his secundæ crea-  
 tionis aquis voliabat (b). In illo Spiritus  
 San-

(b) Nescio quid GRO-  
 TIO in mentem venerit ta-  
 lia fingenti. Lego quidem  
 apud JUSTINVM in *Dialogo*  
*cum Tryphone*: Ignem eo-  
 dem tempore, cum Jesus ba-  
 ptizaretur in Jordane, appa-  
 ruisse, sed unde hæc sumse-  
 rit JUSTINVS, me latet,  
 quod contra GROTIUM  
 animadvertit DODWEL-  
 LVS *dissert. II. ad Irenæum*.  
 Sane non video, quid nos  
 urgeat, alium e. g. ignis aut  
 fulguris speciem fingere, de  
 qua nihil habet Evangelista-  
 rum narratio, cum columbæ  
 formam assumere non magis  
 indignum sit Spiritu S.  
 quam sub ignis specie com-  
 parere: Quæ interim CL.  
 RIES, Professor Marburgensis,  
 in *disquisitione Critico-Theo-*  
*logica de Visibili Spiritu S.*  
*e Cælo ad modum columbæ su-*  
*per Christum descensus* mo-  
 nuit, asserendo: Spiritum  
 S. non descendisse sub forma  
 columbæ veræ & vivæ, sed

saltem sub umbra fictaque  
 specie representatum fuisse,  
 imo ne quidem columbæ  
 formam quoad magnitudi-  
 nem & partium proportio-  
 nem conspectam fuisse, sed  
 vel lucidam nubem vel  
 ignem super Christum de-  
 scendisse, aliorum relinquo  
 examini. Ego a sensu lte-  
 rali & proprio non facile re-  
 cedo. Columbinam hic spe-  
 ciem apparuisse particula  
*ὄψεσιν*, quam discrete omnes  
 historię Evangelicę scripto-  
 res inculcant, satis indicat,  
 uti pluribus demonstravit  
 VARENIVS in *dissertatione*  
*de Columba super Capite Chri-*  
*sti in Jordane visa* §. 22.  
 Qui vero, quid sensus  
 mystici huic apparitioni sub-  
 sit, legere cupit, adeat  
 EWALDVM in *Emblemat.*  
*Sacris P. II. p. 295*, ubi se-  
 quentem in modum disserit:  
 Cum Lucas Spiritum S.  
*ὁραματικῶς* descendisse



Sanctus habitavit, aut quievit *Job. I, 32. 33*, sicut Deus quievit in Tabernaculo. In illo velut in lege Dei, quæ in Arca, & velut in Voluntate Dei ex Oraculo Schechinæ cognita, depositi erant omnes thesauri sapientiæ & cognitionis. Vid. *DALLÆVS de Dionys. Areopag. p. 165.* Ille est magnum Dei oraculum, cui, ut voci, e nube præfulgida, vel ex Dei gloria *Matth. XVII, 5. Marc. IX, 7. 2 Petr. I, 16. 17. 18.* debemus obedire. In illo legis & Prophetiarum erat summa. Lux Israël erat & Gentilium & totius mundi. Huic Logo *Clemens Alexandrinus* adscribit mysteria Judæorum & Gentilium, velut Doctori ipsorum Magno ante incarnationem eius (c). Hic ut substantia divina & substitu-

asserat, ab eorum nos parte stamus, non qui similitudinem in descensu, sed in specie corporea columbæ constituunt, utpote quæ signum & symbolum externum Spiritus S. & largissimorum donorum ipsius erat ad confirmationem fidei adstantium. Spiritum enim gratiæ, libertatis, mansuetudinis ac adoptionis designabat columba, utpote quicum Oeconomiam novæ ratione, quæ est gratiæ non servitutis con-

venit; & monebatur Johannes apparitione hacce symbolica de instauratione novæ œconomiam & creationis. In prima creatione Spiritus, *מרתפת* instar aviam incubabat aquis, in secunda de novo appariebat super aquis Jordanis & super Christo, fundamento œconomiam gratiæ, se movens quasi incubabat.

(c) Loca quæ in scriptis *Clementis Alexandrini* hæc volunt & Lectori Christiano

L



stitutus a patre legem rationis Adamo, legem Judaicam populo per Mosen, mundoque universo legem Christianam tulit, vel iis voluntatem Dei significavit. Nullus itaque titulus ipsi magis proprius est, quam Titulus: *Verbum Domini*: Atque hic ipse Logos non erat solum sapientia, sed & potentia Dei, dignusque, cui nomen Arcæ Virtutis Dei imponatur. *Psalms. CXXXII, 8. Ps. CV, 4. Quærite Dominum & robur eius, alias Arcam eius vel faciem eius.* In illo habitabat plenitudo Deitatis corporaliter. Deitas commorabatur in Arca carnis, vel intra velum ipsius *Ebr. X, 20.* Et in hunc sensum quosdam veterum interpretandos puto, qui toties Christum appellavere θεοφύλακτος, *hominem qui Deum fert.* Vid. **CYRILLVS ALEXANDRINVS** *scol. de Incarnat. apud Concilium Ephes.*

no offendiculo esse possunt, extant *lib. VI. Stromat. p. 773-823. & lib. I. Stromat. p. 351.* Docet ibidem: datam fuisse Græcis Philosophiam, antequam Dominus venisset in carnem, hanc ipsam illis extitisse Pædagogico loco, ut ipsos, sicut ex *Ebræos*, ad Christum duceret. **Cl. M. BIELKIVS**, qui postquam hosce naves in scriptis *Clementis* notasset simul ob-

servat: **PETRVM POIRETVM** in Tractatu: *Ratio & Fides collata*, huncce *Clementis* locum ita interpretatum esse, ut per vocem *Philosophia* intelligat verbum seu lumen internum, quam expositionem tamen satis incongruam merito appellat. Vid. eiusdem *dissert. de Clemente Alexandrino eiusque erroribus.*



phes. primum C. XVII. Nestorius abusus est ea voce, ita ut duas in Christo personas quæſiverit.

§. III.

Hæc Arca erat facies vel præſentia Dei visibilis, & is, qui viderat illum sicut Meſſiam, eo sensu viderat patrem, HILARIVS Pictaviensis de Trinit. l. IV. p. 152. Corpus non erat Deitas ipsa, sicut *Mugleton* in eiusmodi blasphemiam erupit, sed Deitas manifestavit se ipsam in illo hominibus per signa validæ potentiæ sanctitatis & sapientiæ. Hæc Arca Evangelica erat imago Dei invisibilis, non pictura vel statua eius, sed ut *Hilarinus* loquitur, is, in cuius persona essentia Dei exprimitur. Utique verum est, quod Christus dicit de quibusdam Judæis, quod nunquam vidissent speciem patris, vel eius *eidē* vel apparitionem *Joh. V, 37*. Atque hoc Christus vere dixit duobus modis, licet eam viderint, cum ita ad eos loqueretur. Nam primo eorum, qui viderant eum baptizatum & transfiguratum, tunc aderat nemo, siquidem eodem loco negat, eos unquam audivisse vocem Dei. Et simul Judæi isti erant infideles, eumque respiciebant ut merum hominem, ut



omnium pessimorum pessimum, ut impostorem & veneficum, non autem ut Messiam, Filium & Schechinam Dei incarnatam. Isti ergo Judæorum generi tam male de eo sentienti alibi hæc verba reponit. Cur me dicitis bonum? nemo bonus est nisi unus videlicet Deus.

## §. IV.

Nihilominus tamen, etsi non in Oraculis infidelium Christus erat invisibilis imago Patris ac is, cuius scopus erat, omnia idola & imagines & superstitiones mundi, sternere sub pedes suos. Quæ de eo Prophetæ vaticinati sunt, ea mundus adimpleta vidit. Oracula pededentim exspirabant & Triumviratus Deorum. Relatum est ab Autore Arabico de prodigiis Ægypti, quod quando Noah nominavit Deum unum, idola prostrata ceciderint. Verius autem de eo, qui inchoavit novum Evangelii mundum, dicitur, quod cum appareret, imago unius Dei veri, Idololatria evanuerit coram eo (d). Vid. HIE-

(d) Hæc meditatio Autoris nostri pietatem quidem spirat, sed non est ita comparata, ut adversus eandem nihil possit obiici. Docent nimirum historiarum monumenta, Oracula NERONI respon-

diffe. Vid. SVETONIUS in Vita Neronis Cap. XL. Apollonio Thyanaeo. Vid. PHILOSTRATUS in Vita eius, AVRELIANO, JULIANO, qui teste THEODORETO l. III. H. E. audita morte



HIERONYMVS *Tom. V. fol. 158.* Sic quoque Patres referunt, quod, cum Jesus infans in Ægyptum migraret, & Memphim esset delatus, idola Ægyptiaca ad pedes eius prociderint. Itidem HIERONYMVS refert; de quibusdam, quod ad Christum & Mariam hæc verba Esaiæ retuleriut: Ecce Dominus vectus nube celere intrabit Ægyptum & idola Ægypti movebuntur a conspectu eius *Es. cap. XIX, 1.*

§. V.

Ex hac Dei imagine, in Filio incarnato præsentate, atque ex hac arca carnis, Deitas sæpe promicuit in terra, antequam initiaretur ad dexteram Dei: Valida potentia Dei spectabatur in Vitæ eius curriculo, in miraculis, in prædicatione, & quandoque in Angelis eius satellitibus, imo in ipsa eius apparitione corporea. Cum in transfiguratione eius vestimenta lucis instar fulgerent, erat ἀπανγασμα τῆς δόξης Splendor gloriæ, vel Schechina Dei *Ebr. 1, 3.* Et postea cœlestis illa maiestas in eo ita conspiciebatur, ut ii, qui eum apprehensuri venerant, velut pravaram

L 3

actio-

Constantii misit ad oracula Delphicum & Dodonæum & ad alia, delectos quosdam, sciscitatu- ros num expeditionem

adversus Barbaros aggredi conduceret. Unde liquet: Oracula Christi natiuitate non obmutuisse.



actionum reum, ad pedes eius velut prostrati caderent. Hic Jesus erat Arca fœderis novi & testimonii Dei. Erat testis Dei fidelis & veri *Apoc. I, 5. III, 14.* Erat totum & verum domicilium singularis præsentiæ Dei. Erat  $\Phi\omega\epsilon\eta\lambda\acute{o}\nu\ \iota\epsilon\rho\acute{o}\nu$ , nomen quod Philo imponit Tabernaculo. Erat  $\mu\epsilon\lambda\alpha\Phi\epsilon\rho\acute{o}\varsigma$ , vel forsitan, si typi recte ponantur  $\mu\epsilon\lambda\alpha\Phi\omega\epsilon\eta\lambda\acute{o}\varsigma\ \nu\alpha\acute{o}\varsigma$  sicuti Josephus nominat Zodiacum vel solem se moventem in eo, sive Templum portatile & ambulans, quod instar Solis ambulantes, longinquos & propinquos circuibat benefaciendo, nullumque locum, quo caput eius quiesceret inveniebat, donec eum in monte Sionis, qui in cœlis est, reperiret (e).

## §. VI.

(e) Apparitiones Christi redivivi descriperunt NICOLAUS KOEPPENIVS in *dissertatione de J. C. apparitionibus post resurrectionem earumque ordine*, JOHANNES MARCKIVS in *Historia exaltationis Christi l. I.* HUMFREDVS DITTON in *Tract. de resurrectione Christi* nunc Germanice verso, GUILIELMVS SCHERLOCKIVS in libro quem nuncupavit: *The Trial of the witnesses of the resurrection of Christ.* Quibus iungendus merito Ven: OPORI-

NVS, 'Academix Göttingensis Decus, in meditatione quadam Paschali non ita pridem edita de *Christi redivivi manifestatione non omni populo sed testibus a Deo præordinatis facta*; Qui omnes in id incumbunt, ut adversariorum obiectiones, quas de fundamentali hoc & primario fidei articulo, movent, solide retundant. Cæterum dubia ea, quibus HARDVINVS Societatis Jesu Theologus Parisinus, in libro: *Apparition du Sauveur dans la Galilée* receptæ sententiæ



## §. VI.

Hæc est Arca Dei, primum exaltata in cruce, & deinde in cœlo, ex qua Deus

L 4

bene-

nostratum de Harmonia apparitionum Christi redivivi obstrepuit, refellenda & diluenda sibi sumfit EICHLE-RVS in *dissertatione Anti-Harduiniana de Harmonia Apparitionum Christi redivivi*. Apparitiones Christi post adscensionem ipsius factas B. FECHTIVS in *peculiaris dissertatione* recensuit. Prima inter illas merito ea est, quæ Stephano contigit, circa quam tamen haud levis difficultas oritur: utrum Visio illa intellectualis tantum fuerit vel ocularis. Pro intellectuali militat imprimis ALPHONSVS TOSTATVS admirabilis ille Scripturæ S. interpres. Alii contra nominatim FECHTIVS l. c. & WITSIVS in *Miscellaness Sacris Tom. I. lib. I. Cap. XXI. p. 321.* ocularem visionem proto-Martyri vindicant. Ego in re ancipiti nolo aliquid determinare. Hoc saltem dico: Vocem  $\alpha\tau\epsilon\upsilon\beta\epsilon\tau\epsilon\upsilon$ , quæ in Textu occurrit, & attentionem nostram meretur, proprie denotare, designare in aliquem oculos, accurataque eorundem acie illum lustrare, quemadmo-

dum hoc ipso Actorum Capite, universi in Synedrio sedentes intentis oculis respexerunt in Stephanum, videruntque faciem eius v. 15. Quis vero dubitabit hosce in Synedrio præsentem vere ac corporaliter Stephanum vidisse. Cur igitur in eiusdem historiæ continuatione, idem de Stephano narrante, non in eadem proprietate vocem hanc sumamus? Præcipue cum tria vocabula  $\alpha\tau\epsilon\upsilon\beta\epsilon\tau\epsilon\upsilon$ ,  $\iota\delta\epsilon\iota\upsilon$  &  $\theta\epsilon\omega\upsilon\epsilon\iota\upsilon$ , quæ hic cumulantur, proprie & in ordinaria significatione nihil aliud innuant, quam visionem, quæ fit oculis corporis, nec semel tantum, sed bis cum magna  $\epsilon\mu\phi\alpha\sigma\epsilon\varsigma$  Stephanus, quod viderit, quod conspexerit, quod intuitus sit Christum, & quidem cum circumstantiis, quæ historicam rei veritatem amplius manifestent, nempe quod viderit aperto cœlo, & quod viderit Christum ad Patris dexteram stantem, adseveret. Monendum hoc est contra TOLANDVM, qui ad fidem & religionem labefactandam in *Originibus Judaicis* §. XVIII. p. 163.



benedictionem suam mittit per Spiritum & Evangelium, ad convertendum unumquemque nostrum ab iniquitatibus suis *Act. III, 26. Coll. cum 2. Sam. VI, 11. 12. & Ps. CXXXIII, 3.* Hæc arca est verum propitiatorium *ἱλαστήριον* vel thronus gratiæ *Rom. III, 25.* imo *ἱλασμός* 1 *Job. II, 2.* id est propitiatio pro peccatis nostris. HIERONYMVS in *Commentario suo in Ezechiëlem*, ad verba vatis huius quæ *Cap. XLIII, 14.* occurrunt: *A sede minori ad sedem maiorem* observat, ea a septuaginta interpretibus reddita esse: *A minoris ad maius propitiatorium.* Applicat autem propitiatorium minus ad Christum adhuc in forma servi in his terris degentem, maius vero ad Christum in cœlis glorificatum. Hic ergo sunt & *Aaron & Abaron* vera Arca & Sacerdos Dei altissimi. Hæc Arca, vel potius integrum hoc Dei Templum est quasi Tabernaculum in Schilo 1 *Sam. IV, 10.* ad tempus derelictum possessumque a magno philistæo, ecquid enim validius est morte? & stratum in pulverem. Verum Deus post tres dies resuscitavit

inter alia audacissime asserit: *certe per somnia duntaxat & Apparitiones, revelationes visiones aut ecstases fuisse & Prophetias, (exceptis quæ factas, adversus quem tamen soli fiebant Mosi, & postea, differendi alia forsan sese quæ per Urim & Thummim nobis offeret occasio, dabantur, responsis) omnes*



tavit illud in maiore gloria, & ita quidem, ut nunquam amplius possit cadere. Hæc arca deinde recepta fuit in verum sanctuarium Dei, ubi permanet usque ad restitutionem rerum omnium.

### §. VII.

Ab hoc sanctuario apparuit in lumine glorioso Protomartyri Stephano, qui oculos cælum versus erexerat, quo & Spiritus commeari in procinctu stabat. Ipse quidem, plenus Spiritus Sancti, fixis oculis cælum intuitus est, & gloriam Dei conspexit & Jesum stantem à dexteris Dei. Illinc apparuit quoque Sauli luce tam vehemente, ut ad tempus oculorum usum ipsi adimeret (f).

L 5

festo

(f) Paulum Christum in cælis glorificatum conspexisse, diversimode idem testatur e. g. I. Cor. IX, 1 Act. XXII, 14. & Cor. XV, 8. Prima quidem visio ipsi contingebat in itinere versus Damascum instituto Act. IX, Apostolum enim tunc temporis, cum Hierosolymæ doctrina & institutione Gamalielis frueretur, Jesum vidisse, certo affirmari non potest. Si hunc vero locum Act. IX. cum eo, qui Act. XXII. extat conferas, repe-

ries discrepantiam, quæ inter duo ista commata emergit. In priori loco narratur: Viros istos, qui Pauli fuerunt in itinere dicto comites, audivisse vocem, quæ Paulum sit allocuta, neminem autem vidisse. In posteriori autem dicitur: Viros istos lucem quidem & fulgur e cælis prorumpens conspexisse, vocem vero istius cum Paulo colloquentis non audivisse. Hanc discrepantiam locorum ut tolleret interpretes diversimode allaborant. HAM-



festo pentecostes misit, qui iam factus erat quasi substitutus & Schechina Jesu glorificati. Hic gloriosæ flammæ instar movebatur supra capita Apostolorum, eosque

**MONDVS** observat: Vocabulum  $\Phiωνη$  hic nihil aliud quam tonitru denotare, ut sensus verborum hic sit: Viri, qui Paulum comitabantur, audiebant quidem vocem vel sonitum, quem tonitru excitabat, non vero percipiebant vocem istius, qui Paulum alloquebatur. Negari nunc quidem non potest: Vocabulum  $\Phiωνη$  sæpius in Codice sacro in hoc significato esse obvium; Interim tamen, cum hic de tonitru nulla mentio fiat, merito iis subscribimus, qui aliam viam ad loca ista superius allegata, concilianda viam ineunt. Sic **WHITBY & NYLOE** in *Schriftuurlyken Rede vœringen over uitgeleze Stoffen uit het oude en nieuwe Testament Part. III, p. 9.* bene notant, verbum  $\alpha\u03bd\u03b3\u03b5\u03b9\u03bd$  non solum audire aliquid, sed & intelligere aliquid denotare. Sic vox hæc adhibetur *I Cor. XV, 2-21.* In eodem significato hoc verbum **LXX.** adhibuerunt *Genes. XI, 7. XLII, 23. Deut. XXVIII, 49,* itidem

**ÆLIANVS** *Var. Histor. lib. XIII. Cap. 46.*  $\omega\u03c3 \pi\rho\u03c9\u03c3 \alpha\u03bd\u03b3\u03b5\u03b9\u03bd$  quasi cum intelligente; Hoc supposito, sensus oraculi hic erit: Sauli comites audiebant quidem vocem sive sonitum vocis de cælo loquentis, sed eandem non intelligebant. Non disceptamus nunc de eo, cur vocem hanc Viri isti non intellexerint, quam tamen auscultasse dicitur. Forasan linguam Ebræam in dialecto puriori pronunciatam non intellexerunt *Act. XXVI, 14.* forsan quoque, audiverunt quidem vocem, ita tamen, ut verba, quæ pronunciabantur, distinguere non possent. *Conf. Job. XII, 28, 29.* Hinc **LIGHTFOOTVS** in *Horis Ebraic. in Act. IX, 7.* inquit: *Audiverunt  $\eta\u03c1$  vocem non audiverunt  $\eta\u03c1$  verbum.* Cæterum quod ad raptum Pauli in Paradisum attinet, *2 Cor. XII, 4,* eundem peculiari & lectione nostra digna observatione illustravit **VITRINGA** in *observat. 5. lib. III. cap. XX.*



que hac ratione Christi in terris Vicarios  
declaravit (g). In hac gloria Servatorem  
vidit

(g) Spiritum S. die Pentecostes Apostolis sub externo ignearum linguarum symbolo impertitum fuisse communis adhuc & universalis fere interpretum omnium ac Theologorum fuit sententia. Usque dum Vir quidam doctus, qui sub nomine SOLEICHT latere voluit, in scenam prodiret, atque in *dissertatione de linguis Apostolorum dissectis redintegratis* loco miraculi super Apostolos conspicui, stuporem quendam, qui Apostolos audito tonitru conspectoque fulgure, perculerit, inducere omni virium contentione allaboravit. Enimvero hoc ipsius *ἐνεργημα* non omnibus placuisse, ex scriptis WOCKENII, TOBIÆ ECKHARDI, LAKEMACHERI, MICHAËLIS & VEERPORTEN in *fasciculo dissertationum* p. 464. hanc ob rem in lucem emissis, nobis constat. Urserat SOLEICHTIVS imprimis locutionem Poëticam, quæ apud HOMERVM *Odyss. III, 34.* occurrit, *τάμνετε γλώσσας*, quam nihil aliud, quam conticescite & ad silentium vos componite, denotare cupit; Sed Viri docti antea

nominati demonstraverunt: Inter locutionem Poëticam *τάμνετε γλώσσας* & Lucæ *ἠφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλώσσαι* nullam esse convenientiam. Ostensum denique est, stuporem eiusmodi, qui ob conspectum fulgur & auditum tonitru sit exortus, minus decuisse Apostolos. Aliam deinceps viam in explanando hocce linguarum ignearum miraculo LACKENMACHERVS in *Observat. Philol. P. II. Obs. IV. §. VIII.* qui per *διαμεριζόμενας γλώσσας ὡς πύρος* intelligit diversas dialectos, quarum copia Apostolis beneficio Spiritus S. facta esset, quibus ipsis gratiam in Christo exhibitam multa cum loquendi libertate & animi fervore proloqui concessum fuisset. Sed & huic obviam ivit Cl. MICHAËLIS in peculiari *dissertatione*, in qua, a recepta sententia discedendum non esse, probat, quia scilicet verbis Lucæ maxime congrua sit, & ignis frequentissime ut symbolum deitatis in scripturis exhibeatur. Demonstrat deinceps qua ratione ignis



vidit Johannes. Conspexit eum ut Logon  
*Apocal. XIX, 13*, Deum omnipotentem  
 v. 6. Regem Regum & Dominum Domi-  
 norum v. 16, vel ut agnum Dei (h) & ho-  
 minem

Spiritus S. eiusdemque ope-  
 rationum symbolum esse  
 queat. In rationes inquirat,  
 quare hæc flammulæ in mo-  
 dum linguarum fuerint ef-  
 formatae. Denique evincit,  
 Spiritum S. Apostolis sub  
 ignis symbolo fuisse datum,  
 ut ipso opere comprobaret,  
 quod per inhabitationem  
 gloriosam in Tabernaculo &  
 Templo olim fuit præfigu-  
 ratum.

(h) Cl. JOH. PHILIPPVS  
 HEINIVS, Professor Halen-  
 sis, hancce apparitionem pe-  
 nitius perspexisse sibi visus  
 est, ut receptam hucusque  
 sententiam Theologorum de  
 agno in Apocalypsi Johan-  
 nea viso prorsus reiiceret, sta-  
 tueretque 1) Minus recte Fi-  
 lium Dei sub forma Agni  
 pingi, 2) Johannem Chri-  
 stum nequaquam in Apoca-  
 lypsi sub forma agni vidisse.  
 Vid. eiusdem *Dissertatio Cri-  
 tico-Theologica de Agno Chri-  
 sti imagine*. Enimvero  
 cum ipse Autor Doctissimus  
 §. XII. fateatur: Deum in  
 Apocalypsi res Ecclesiæ per  
 Emblemata, symbola & figu-  
 ras representare voluisse, non

video, cur hocce Emblemata  
 Filii Dei ex Apocalypsi tam  
 magno conatu eliminandum  
 sibi proposuerit. Numne  
 Deo erat indecorum Filium  
 suum in V. T. sub typo agni  
 Paschalis, serpentis ænei,  
 hircorum aliisque eiusdem  
 generis imaginibus adum-  
 brare? Accedit locutio pror-  
 sus emphatica, qua Johan-  
 nes in descriptione huius vi-  
 sionis utitur *Cap. V, 6*, quan-  
 do inquit: *Et VIDI & ECCE*  
*in medio throni & quatuor*  
*animalium & in medio Se-*  
*niorum agnus stabat*. Est  
 hæc locutio prorsus Prophe-  
 tica, quam Viri sancti ple-  
 rumque adhibent, quando  
 Filium Dei sub hoc vel illo  
 emblemate se conspexisse  
 narrant. Denique si confide-  
 ramus: Johannem profiteri:  
 Se vidisse non solum Agnum,  
 sed & quatenus occisum, ha-  
 bens cornua septem & ocu-  
 los septem, quis est, qui co-  
 gitabit: eiusmodi nihil re-  
 vera a Johanne fuisse conspe-  
 ctum, præsertim cum hoc em-  
 blema septem oculorum de  
 Messia pro peccatis nostris  
 occiso *Zachar. III, 9*. usur-



minem in throno suo coronatum & cum oculis flammæ ignis similibus. Hunc in finem verba *Eusebii* citantur ab Episcopo *Andrea* ad præceptum secundum. Puto illum intelligere *Eusebium Dorylaeum*, eo quod ipsum ad synodum Ephesinam secundam refert, licet eum non inveniam in Actis istius Concilii. *Eusebius* uti videtur monet Constantiam: Ne porro unquam desideraret imaginem Christi, ut infirmi hominis. Nunc enim est, inquit, gloria eius multo maior, quam cum appareret in monte, qua si Apostoli eius tunc temporis confundebantur, quomodo illa nunc potest exprimi? Hanc gloriam Christi visibilem Veteres sitam existimarunt in parte cœlorum Orientali, id quod mihi videtur occasionem illis dedisse, facies inter orandum orientem versus dirigendi. Gentiles, qui solem adorabant, ab externa illa facierum directione multum differebant. Hi enim præcipue eam Orientis partem propterea respiciebant, quod

petur. Nil prorsus lucratur Vir Doctissimus, quando putat: Figuram hanc agni, septicornem & septioculari esse plane paradoxam; Bene enim observavit VITRINGA ad h. l. *Symbolicas & hieroglyphicas rerum imagi-*

*nes passim exhibitas fuisse figura Paradoxa, ut spectatorum provocarent attentionem & admirationem, eamque ob rationem sæpe heterogeneis constructas fuisse partibus,*



quod inde Orientem exspectabant solem. Vid. VIRGILIUS *Aeneid.* 12. Crebro etiam in aliis diei partibus versus alias regiones inclinabant corpora. Quandoque velebant se ipsos, teste PLVTARCHO, atque ad motum cœlorum exprimendum in circulo circumagebant. Et TRISMEGISTVS in *Asclepio* refert, morem fuisse quorundam gentilium, ipso meridiei tempore austrum versus, & circa occasum, versus occasum prospicere. Circa occasum Solis contigit, cum *Lucianus* eum versus agebatur a *Mithrobarzane* Sacrificulo Chaldæo, qui obscuro & inarticulato sono mussitabat preces suas ad ortum deastri sui. Vid. LVCIANVS in *Necyom.* p. 159. Non respiciebant constanter Orientis cardinem, quamvis præcipuum illi honorem tribuerent, quando Sol inde promicabat. Australes namque etiam & occidentales partes in cultu suo ante oculos habuerunt. Hinc Harpocrates infans Solem Orientem. Vid. CVPERVS in *Harpocrat.* p. 101. crus iuuenis, solem in meridie, Osiris senex solem occidentem significabant. Erat hæc etiam Manichæorum consuetudo, qui statuebant, solem esse habitaculum Christi. Et *Augustinus* de iisdicit, quod pre-



preces illorum circumvolverentur cum ipso sole. Vid. AVGVSTINVS contra FAVSTVM l. 20. c. 5. *Ad Solis gyrum vestra Oratio circumvolvitur.*

§. VIII.

Sed veteres Schechinam Christi magis fixam æstimarunt, ac idcirco locum eius non eiusmodi mutarunt. Orientem nimirum iudicarunt Schechinæ bene convenire, quod in V. T. legebant, dari Messiæ nomen Orientis. Certe hoc iuxta ductum Versionis LXX, quæ ita habet Ps. LXVIII, 33. *Cantate Deo, qui ascendit supra cælum cælorum versus Orientem.* Statuebant quoque Jerusalem in medullio terrarum fuisse sitam, & partes versus orientem positas, vocabant orientem. Erat quoque apud illos traditio, quod Christus crucifixus sit ita, ut faciem occidenti obverterit, quod contra ascenderit ita, ut faciem Orienti obverterit, quodque in altum contenderit ad locum Paradisi cœlestis, collocaturam quasi supra Paradisum terrestrem. Vid. DAMASCENVVS de *Fide Orthodoxa* l. III. cap. 13. Verum quicquid ab hominibus concipi possit de spatio, quod Christi merum corpus teneat, nemo tamen cogitet, ac si Schechina eius lux sit singulari cardine cælorum limi-



limitata. Splendor eius gloriosus, cœ-  
los universos complet, & fulget terram  
versus, quæ quasi circumferentia & cir-  
culus est, cuius centrum ipsa eius gloria.

## §. IX.

Ab hoc throno cœlesti Christus ventu-  
rus est die iudicii in Schechina nubium &  
ignis flammantis. Hic ignis, cuius men-  
tio aliquando in Scriptura & in Commen-  
tariis Patrum occurrit sine expressione  
*magnidiei*, abduxit, ut eo coniicio, per  
accidens partem Orbis Christiani in erro-  
neas de purgatorio opiniones. Et respectu  
eius loci me profiteor in numero Nulli-  
bistarum. Hæc vero Schechina, quæ in lar-  
giori, at maxime ineffabili splendore ap-  
parebit, quantum quidem pervidere da-  
tum est mihi, est id, quod Scholæ appellant  
*Visionem beatificam*, & quam in mente  
habet scriptura, quando fore promittit, ut  
beati Deum à facie ad faciem videant.

CA-



CAPVT VIII.

De utilitate Schechinæ Dei.

§. I.

**H**oc argumentum de Schechina Dei, ad multa potest esse utile & commodum, si viri iudicio præditi tales inde conclusiones inferant, quales se iudicio illorum offerunt. Ego quidem tantum quædam momenta recensebo. Præter adorationem enim Angelorum vel Imaginum, prolixius insistere cæteris, mei loci non est.

§. II.

Ac primo quidem loco, si recte considerentur præmissa, oppido erubescant omnes, quod tam rudes sint, ut figuram hominis divinæ substantiæ tribuant, cum tamen spiritualis eius atque immensa amplitudo nullam prorsus recipit naturalem figuram vel colorem. Quamvis enim Deus per Logon suum, Ministerio inferiorum creaturarum usus sit, condescendit tamen in Schechinam visibilem. (a)

§. III.

(a) Rusticitati Antropomorphitarum hoc dogma tribuit EPIPHANIVS, pacens eis ne dicantur hæ-  
M



## §. III.

Hinc secundo illi, qui in alterum extremum incidunt, nempe *Spiritualistæ* & abstractivi *Familistæ* (b) induci possunt, ad agnoscendam distinctionem inter substantiam Dei & visibilem personam Christi, quo minus subtiliter dividant Deitatem & Personas eius, neque omnes eius apparitiones, in meras notiones, vel in qualitates actus vel habitus Spiritus humani mutent, neque Deum credant aliam rem, quam lumen illud, quod somniant, vel amor, qui in ipsorum pectoribus saltem existit.

## §. IV.

Tertio si hæc considerassent sobrie & ponderassent Anabaptistæ Germaniæ, qui cum zelo contendebant, quod ipsa essentia Patris visa fuerit in Filio, & ipsa

retici. Aliorum vero Anthropomorphitarum mentionem iniicit IGNATIVS in epistola ad Smyrneos, qui nimirum docuerunt: Christi Corpus speciem tantum humanam referre, quod adeo indigne tulit IGNATIVS, ut hæreticos istos *Θηρία ανθρωπομορφα* appellaret. Vid. le MOYNE

in not. ad Var. Sacra p. 409.

(b) *Familistæ* nomen sortiti sunt a *Familia charitatis*. Illi enim, qui huic Familiae adscripti erant, gloriabantur, se in interrupto amoris exercitio occupatos esse, quamquam plurimæ scriptores de hisce *Familistis* memorarunt: Ipsos sub amoris prætextu fuisse nequissimos.



ipsa substantia Spiritus in columba, disputationes eorum certissimum invenissent exitum, vel eas potius nunquam incoepissent. Vid. CLOPPENBURGIVS in *Gangr. Anabapt.* p. 281. 282. (c) Novissent, distinguendum esse inter Deum invisibilem & inter faciem vel Schechinam visibilem, eamque non ut figuram ipsam, sed ut emblemata & significationem divinitatis præsentis.

§. V.

Quarto defectu nonnullorum huiusmodi conceptuum, complures alii ex Fanaticorum turba non cecidissent in cogitationes nullatenus intelligibiles. Ex hoc numero erant *Basilidiani*, qui vocabant corpus *Columbæ Diaconum*, & *Valentiniani*, qui nuncupabant Spiritum cogitationis illud, quod descenderat in carnem Logu, per quas dictiones intellectui tenebras offuderunt. Si

M 2

appre-

(c) Christum ex Maria corpus suum non adsumpisse, sed cœlestis quoddam secum ferens, per Mariam veluti canalem in mundum venisse, vetustissimus iam error eorumque fuit, qui docetæ, phantasiastæ nominati sunt, eo

quod veram Christi humanitatem negaverunt. Idem error Anabaptistis & aliis tribui solet, qui *Mennonitarum* sectæ addicti sunt. Vid. WALCH in *Religions-Streitigkeiten* Cap. VI.



apprehendissent Logon in præexistentia vel incarnatione velut Schechinam Dei, atque hunc conceptum exseruissent citra terminos phantasticos vel otiosos, alios instruere, & ipsi melius veritatem perspicere potuissent.

## §. VI.

Quinto huiusmodi conceptus non erant inutiles ad illustrandas scripturas, quæ loquuntur de præexistentia Christi, antequam fuit θεῖν θεωπος, ut illæ explicentur liquido ac proprie, non vero tanta violentia vel adhibitis tot tormentis, quæ iis inferunt Commentarii Socinianorum. Is, qui dicit: Abrahamum vidisse Schechinam Logu præexistentis, indeque infert, quod Christus ante illum Patriarcham fuerit, ille plane & liquido loquitur. Qui vero dicit: Christum non fuisse nisi duobus millibus annorum post Abrahami mortem, & quod tamen fuerit ante illum, quia fuit antequam Abrahamus erat, vel antequam omnes gentes fuerint benedictæ in semine eius, is argumentatur ut Sophista, non autem ut verus Scripturæ Interpres. (d)

## §. VII.

(d) Ita SOCINVS, WOLLZOGENIVS alique huius furfuris homines sentiunt. Sed vide contra eos-

dem WHITBY in *Paraphrasi ad h. l.* PLACÆVM in *Disputationibus* p. 119. LAMPIVM *ad h. l.*



§. VII.

Sexto hæc observatio ostendere potest errorem talium Semi-Socinianorum, qualis erat VOSSIVS & Discipuli eius, qui immensitatem Deitatis & visibilem gloriam Schechinæ confundunt, qua Deus quasi circumscribi voluerit. Huic mundi Regi non amplius spatium concedunt pro immensa eius substantia, quam illud, quo ipse per singularem præsentiam suam in palatio suo irradiare potest. Vid. VORSTIVS *de Deo Disput.* 3. p. 22. & nos *ad Disput.* 3. p. 215. & *Elucidar. Pseudo-Anselmi* c. 3. p. 458. D. ubi habitat Deus? quamvis ubique potentialiter, tamen in intellectuali cælo substantialiter. Qui conceptus, quamvis ex parte accommodari queat ad Schechinam, audax tamen limitatio est magni Dei, si is ad substantiam eius applicatur, quam nec terra, nec cælum simul continere queunt.

§. VIII.

Porro ex his quodam modo cognoscimus & deploramus cœcitatem quorundam, qui, etsi aperti inimici imaginum & statuarum, divinitatem repræsentantium, sunt, nec rationibus sufficientibus negare possunt, quod Arca Dei habita-

M 3

verit



verit inter nos in corpore carnis, & nunc splendeat in cœlis, exspectant tamen, (sicuti quidam dicunt) specialem præsentiam Dei, qui per ipsam Arcam & ipsum volumen legis cœtus ipsorum religiosos aperturus & illustraturus sit.

## §. IX.

Rursus consideremus cum *Chrysoftomo* Templum Salomonis veluti typum non solum mundi sensibilis, sed etiam invisibilis, ac porro perpendamus Schechinam & Arcam Dei in sanctissimo potius, quam in sanctuario & in exterioribus aulis & spatiis collocatam. Hinc perspicua, utilis & maxime necessaria observatio nascitur de gradibus gloriæ & distinctis mansionibus præparatis pro distinctis statibus in Regno Gloriæ. Ibi quælibet mansio summum splendorem, licet inæqualem, habebit, ita ut omnes aperta facie intuituri sint gloriam Dei, non autem ii solum, qui proximi sunt ad Arcam cœlestem vel Thronum in Sancto Sanctorum.


**FINIS.**

M











Exeg A. 672



